Aut inq̃tum regit motiuam: et ſic eſt moralis. aut inq̃tum regit ſeipam. ꝛ ſic eſt naturalis. aut inq̃tũ regit interp̃tatiuã. ꝛ ſic eſt ſermocinalis: vt ſic illuminet hõ ad veritatẽ vite: ad v̾itatẽ ſcientie: ꝛ ad veritatẽ doctrine. Et qm̃ tripliciter põt aliqs per ſermonẽ quẽ hꝫ apd ſe interp̃tari. vt ſcꝫ vel notũ faciat mentis ſue cõceptũ. vel vt ampli⁹ moueat ad credendũ. vl̾ vt moueat ad amorem vel odiũ. ideo ſermocinal̾ ſiue rõnalis philoſophia triplicat̾. ſ. in grãmaticã: logicã ꝛ rhetoricã. Quarũ p̄ma eſt ad exprimendũ: ſcd̃a ad docẽdũ: tertia ad mouendũ. Prima reſpicit rõnẽ vt app̃hẽſiuã. Scd̃a vt iudicatiuã. Tertia vt motiuã. Et qꝛ ratio apprehendit p ſermonẽ congruũ. iudicat p verũ. mouet p ſermonẽ ornatũ. Hinc eſt ꝙ hec triplex ſciẽtia has tres paſſiones circa ſermonẽ cõſiderat. Rurſus qm̃ intellect⁹ noſter dirigi habet in iudicãdo ſm̃ rationes formales. ꝛ he tripliciter pñt cõſiderari: vel in ꝯparatiõe ad materiã. et ſic dicũtur rõnes formales. vel in ꝯparatiõe ad aiam: ꝛ ſic dicũtur itellectuales. vel in cõparatione ad diuinã ſapiẽtiam ꝛ ſic dicũtur ideales. Ideo naturalis philoſophia triplicat̾: ſcꝫ in phyſicam ꝓprie dictam: in mathematicã: ꝛ in metaphyſicam. Ita ꝙ phyſica conſideratio eſt circa rex gñationẽ ꝛ corruptionẽ ſm̃ virtutes naturales ꝛ rationes ſeminales. Mathematica eſt circa cõſiderationẽ formaꝝ abſtrahibilium: ſm̃ rationes intelligibiles. Methaphyſica circa cognitionẽ oĩm entiũ q̃ reducit ad vnũ primũ principiũ: a quo exierunt ſm̃ rõnes ideales. ſiue ad deũ inq̃tum principium: finis ꝛ exẽplar. Licet inter metaphyſicos de hmõi rõnibus idealibus nõnulla fuerit cõtrouerſia.

Poſtremo qꝛ regimen v̾tutis motiue tripliciter hꝫ attendi. ſ. reſpectu vite ꝓprie: reſpectu familie: ꝛ reſpectu multitudinis ſubiecte. Ideo moralis phyloſophia triplicat̾. ſ. in monaſticã: iconomicam: ꝛ politycã. que diſtinguunt̾ ſm̃ triplicẽ modũ p̄dictũ: ſicut apparet ex ipſis noibus. ¶ Quartũ lumen qd̃ illuminat ad veritatẽ ſalutarẽ eſt lumẽ ſacre ſcripture. qd̃ ideo dicit̾ ſuperius: qꝛ ad ſuperiora ducit manifeſtãdo ea q̃ ſunt ſupra rõnem. Et etiã qꝛ non p inuentionẽ: ſed p inſpirationẽ a p̄re luminum deſcẽdit. Qd̾ lꝫ vnũ ſit ſm̃ intellectũ lr̃alem. eſt tñ triplex ſm̃ ſenſum myſticũ ꝛ ſpũalem. In oĩbus eñi ſacre ſcripture libris p̄ter lr̃alem ſenſum quẽ exterius v̾ba ſonãt. ꝯcipit̾ triplex ſenſus ſpũalis. ſ. allegoric⁹. quo docet̾ qd̃ credẽdũ de diuĩtate ꝛ hũanitate ſit. Moral̾ q̃ docet̾ qũo viuendũ ſit. Et anagogic⁹ quo docet̾ qual̾r eſt deo adherendũ. Uñ tota ſacra ſcp̄tura hec tria docet. ſ. xp̄i eternã gñationem ꝛ incarnationẽ. viuẽdi ordinẽ: ꝛ dei ꝛ aĩe vnionẽ. Primũ reſpicit fidẽ. Scd̃ꝫ mores. Tertium finẽ vtriuſqꝫ. Circa primũ inſudare dꝫ ſtudiũ doctoꝝ. Circa ſcd̃m ſtudium p̄dicatorũ. Circa tertiũ ſtudiũ contemplatiuoꝝ. Primum maxime docet Auguſtin⁹. Scd̃m maxie docet Greg. Tertiũ vero docet Dyoniſi⁹. Anſelm⁹ ſequit̾ Auguſtinũ. Bernard⁹ ſeq̄t̾ Gregoriũ. Richard⁹ ſeq̄t̾ Dionyſiũ. Quia Anſelm⁹ in rõcinatione. Bernard⁹ in p̄dicatione. Richard⁹ in cõtẽplatione. Hugo v̾o oĩa hec. i. omnes tres ſequit̾. Ex p̄dictis colligit̾ ꝙ licꝫ ex p̄maria diuiſione q̃druplex ſit lumen deſurſum deſcendẽs. ſunt tñ ſex eius differentie: ſcꝫ lumen ſacre ſcp̄ture/lumẽ cognitionis ſenſitiue/lumẽ artis mechanice/lumen philoſophie ratiõalis/lumẽ philoſophie naturalis/et lumen philoſophie moralis. Et ideo ſex illuminatiões ſunt in vita iſta. ꝛ habẽt veſperam: quia omnis hec ſcientia deſtruetur. Et ideo ſuccedit eis ſeptima dies requietiõis. que veſperam non habet: ſcilicet illuminatio glorie. Unde valde aperte poſſunt reduci ſex iſte illuminationes ad ſenarium formationum ſiue illuminationũ in quibus factus eſt mundus: vt cognitio ſacre ſcp̄ture p̄ine formatõi. ſ. formationi lucis rñdeat. ꝛ ſic deinceps p ordinem. Et ſicut oẽs ille ab vna luce ha-

bebant originem. ſic oẽs iſte cognitões
ad cognitionẽ ſacre ſcripture ordināť
in ea claudunť: ⁊ in illa perficiuntuŕ. ⁊
mediante illa ad eternā illuminationē
ordinanť. Unde oĩs noſtra cognitio: in
cognitione ſacre ſcp̄ture dꝫ habere ſta-
tum. ⁊ maxime q̄tū ad intellectū ana-
gogie. per quē illuminatio nr̄a referť
in deū vnde habuit ortum. Et ideo ibi
cōplet⁹ eſt circul⁹. ꝯpletus eſt ſenari⁹:
⁊ ꝓportio ſtatus. ¶ Videamus ergo
qualiter alie illuminatões cognitionū
reduci hn̄t ad lumen ſacre ſcp̄ture. Et
primo videam⁹ de illuminatiõe cogni-
tionis ſenſitiue. q̄ tota verſať circa co-
gnitionē ſenſibiliū. vbi tria eſt cōſidera-
re. videlꝫ cognoſcēdi mediū. cognoſcē-
di exercitiū. cognoſcēdi oblectamētū.
Si conſiderem⁹ mediū cognoſcendi: in-
tuebimur ibi ꝟbum eternaliter genera-
tum: ⁊ ex tpe incarnatum. Nullū enim
ſenſibile mouet potentiā: niſi median-
te ſilr̄itudine: que egrediť ab obiecto: ſi-
cut proles a parēte. ⁊ hoc gn̄aliter: rea-
liter et exemplariter eſt neceſſe eſſe in
omni ſenſu. Illa aūt ſilr̄itudo non facit
ꝯpletionē in actu ſentiēdi. niſi vniať cū
organo ⁊ virtute. Et cū vnitur noua fit
perceptio. ⁊ p illā perceptionē fit redu-
ctio mediante illa ſilr̄itudine in obiectū
Et lꝫ non ſemꝑ ita abiectū ſentiať. ſem-
per tn̄ q̄tū eſt de ſe gignit ſilr̄itudinē cū
eſt in ſua cōpletione. Per hunc etiam
modū intelligo: ꝙ a ſumma mēte q̄ co-
gnoſcibilis eſt in interiorib⁹ ſenſib⁹ mē-
tis nr̄e eternalr̄ emanauit ſilr̄itudo: ima-
go et ꝓles. ⁊ ille poſtmodū quando ve-
nit plenitudo temporis vnitus eſt men-
ti et carni. i. homini quem formauerat.
qui nunq̄ȝ fuerat pri⁹. ⁊ per illum oĩs
mentes noſtre reducūtur in deum. que
illam ſilr̄itudinē pr̄is per fidē in corde
ſuſcipiunt. Si ꝟo cōſiderem⁹ ſenſuum
exercitiū: intuebimur ibi ordinē viuen-
di. vnuſquiſq̄ȝ enī ſenſus ſe exercet cir-
ca ꝓpriū obiectū. refugit ſibi nociuū:
⁊ non vſurpat alienū. Per hunc modū
tunc ſenſus cordis ordinate viuit: dum
ſeip̄m exercet ad id ad qđ eſt: cōtra ne-
gligentiā. dum refugit ſibi nociuū: con-
tra cōcupiſcentiā. ⁊ dum non vſurpat
ſibi alienū: contra ſupbiam. Ois enim
inordiatio: aut venit ex negligēia: aut
ex concupiſcentia: aut ex ſupbia. Ille
enim ordinate viuit: q̄ viuit prudenter
tēperāter: ⁊ obtemperāter. vt refugiat
negligentiā in operabilib⁹. ꝯcupiſcen-
tiam in appetibilib⁹. ſupbiā in excellen-
tibus ſiue ſublimib⁹. Si aūt ꝯſiderem⁹
oblectamētū. intuebimur dei ⁊ anime
vnionem. Omis enī ſenſus ſuum ſenſi-
bile ꝯueniens q̄rit cū deſiderio. inuenit
cū gaudio. repetit ſine faſtidio. Quia
non ſatiať ocul⁹ viſu. nec auris auditu
impleť. Per hunc etiam modū ſenſus
cordis noſtri ſiue pulchꝛū: ſiue ꝯſonū: ſi-
ue odoriferū: ſiue dulce: ſiue mulcebre
debet deſiderāter querere. gaudenter
inuenire. inceſſāter repetere. Ecce qūo
in cognitiõe ſenſitiua contineť occulte
diuina ſapiētia. Et q̄ȝ mira eſt contem-
platio quinq̄ȝ ſenſuū ſpūalium ꝺm ꝯfor-
mitatem ad ſenſus corporales. ¶ Per
hunc modū eſt reperire in illumiatiõe
artis mechanice. cui⁹ tota intētio ꝟſa-
tur circa artificialiū productionē. In
qua iſta tria poſſum⁹ intueri. ſ. verbi ge-
nerationē ⁊ incarnationē. viuēdi ordi-
nem. ⁊ dei ⁊ aīe federationē. Et hoc ſi
ꝯſiderem⁹. ſ. egreſſū: effectū: fructū. Vł
ſic. Artē operandi. qualitatē effecti ar-
tificij. ⁊ vtilitatē fructus eliciti. Si cō-
ſiderem⁹ egreſſum videbim⁹ ꝙ effect⁹
artificialis exit ab artifice mediante ſi-
militudīe exiſtente in mēte. p quā arti-
fex excogitat anteq̄ȝ ꝓducat. ⁊ inde ꝓ-
ducit ſicut diſpoſuit. Producit autem
artifex exteri⁹ op⁹ aſſimilatū exēplari
interiori eatenus qua pōt melius. Et ſi
talē effectū poſſet ꝓducere ꝙ ip̄m ama-
ret ⁊ cognoſceret vtiq̄ȝ faceret. Et ſi ef-
fectus ille cognoſceret ſuū opificē: hoc
eſſet mediante ſimilitudine ꝺm quā ab
artifice proceſſit. Et ſi haberet obtene-
bratos oculos cognitõis: vt non poſſet
ſupra ſe eleuari. neceſſe eſſet ad hoc vt
ad cognitionē ſui opificis duceret: ꝙ ſi-
militudo p quā product⁹ eſſet effectus
ꝯdeſcēderet vſq̄ȝ ad illā naturā q̄ ab eo
poſſet capi ⁊ cognoſci. Per hūc modū

intellige q a ſummo opifice nulla creatura ꝓceſſit niſi per v̄bū eternū. in quo omnia diſpoſuit. ⁊ per qđ omnia ꝓduxit. nō ſolū creaturas h̄ntes rōnem veſtigij. ſed etiā imaginis: vt eidē aſſimilari poſſint ꝑ cognitionē ⁊ amorē. Et qm̄ per peccatū rōnalis creatura oculum ꝯtemplationis obnubilatū habuit: decentiſſimū fuit vt eternū ⁊ inuiſibile fieret viſibile: et aſſumeret carnem vt nos ad prēm reduceret. Et hoc eſt qđ dicit̄ Johan. xiiij. c. Nemo venit ad patrem niſi per me. Et matth. xj. cap. Patrem nemo nouit niſi filius. ⁊ cui voluerit filius reuelare. Et ideo dicit̄ v̄bū caro factū. Conſiderātes igit̄ illumīationē artis mechanice q̄ntū ad operis egreſſum intuebimur ibi v̄bū generatū ⁊ incarnatū. i. diuinitatē et humanitatē: et totiꝰ fidei integritatē. Si vero conſideremus effectū. intuebimur viuendi ordinem. Omnis enī artifex intendit producere opus pulchꝛū ⁊ vtile ⁊ ſtabile. ⁊ tunc eſt charū et acceptabile opꝰ cū habet iſtas tres cōditiōes. Juxta hec tria neceſſe eſt reperiri tria in ordine viuendi: ſcꝫ ſcire / velle / ⁊ impmutabiliter operari ſiue pſeueranter. Scientia reddit opus pulchꝛū. volūtas reddit vtile pſeuerantia reddit ſtabile. Primū eſt in rōnali. Scđm in cōcupiſcibili. Tertium in iraſcibili. Si conſideremꝰ fructum inueniemꝰ dei ⁊ aīe vnionē. Oīs etim artifex qui aliqđ opꝰ facit: aut facit vt per illud laudetur. aut vt ꝑ illud aliquid ſibi opet̄ vel lucret̄. aut vt in illo delectet̄: ſm̄ tria q̄ ſunt in appetibilibus: ſcꝫ bonū honeſtū: cōferens ⁊ delectabile. Propter hec tria fecit deꝰ animam rationalē. vt ipſa eum laudaret. et vt ipſa illi ſeruiret. ⁊ vt ipſa in eo delectaretur ⁊ quieſceret. Et hoc eſt per charitatē. in qua qui manet in deo manet ⁊ deus in eo. ita q eſt ibi quedā mirabilis vnio: ⁊ in vnione mirabilis delectatio. Quoniā ſm̄ q ꝓuerb. viij. cap. dicitur. Delicie mee eſſe cum filijs hominum. Ecce quomodo illumīatio artis mechanice: via eſt ad illuminationem ſacre ſcripture. et nihil eſt in ea qđ non pꝛedicet veram ſapiētiam. Et ideo ſacra ſcriptura frequenter talibꝰ ſimilitudinibus vtitur ſatis recte. ¶ Juxta hunc etiam modum eſt reperire in illuminatione rōnalis philoſophie. cuius pꝛincipalis intentio verſatur circa ſermonem. In quo eſt tria cōſiderare: ſm̄ triplicē ipſius ſermonis conſiderationem: ſcilꝫ reſpectu pꝛoferentis: ratione pꝛolationis: et reſpectu audientis / ſiue ratione finis. Si ſermonē conſideremꝰ in reſpectu ad loquentē. ſic videbimus quomodo oīs ſermo ſignificat mētis conceptum. ⁊ ille cōceptus interioꝛ eſt verbum mentis et eius ꝓles: que nota eſt etiam ipſi cōcipiēti. Sed ad hoc q fiat nota audienti induit foꝛmā vocis: ⁊ verbū intelligibile mediāte illo indumento fit ſenſibile: ⁊ audit̄ exterius. et ſuſcipitur in aure coꝛdis audientis. et tamen non recedit a mente ꝓferentis. Jux̄ hūc modū videmꝰ in v̄bo eterno: q pater eternaliter ipm̄ ꝯcepit generādo. ſm̄ illud ꝓuerb. viij. Nondū erant abyſſi: ⁊ ego iam concepta eram. Sed ad hoc q homini ſenſibili fieret cognoſcibile: induit foꝛmā carnis. ⁊ v̄bum caro factū eſt: ⁊ habitauit in nobis. ⁊ tamen remanſit in ſinu patris. Si v̄o conſideremus ſermonē rōne ſui. ſic intuebimur in eo viuēdi oꝛdinem. Ad complementū enī ſermonis neceſſario iſta tria concurrūt: ſcꝫ ꝯgruitas: veritas: ⁊ oꝛnatus. Et iuxta hec tria oīs actio noſtra debet habere modū: ſpeciem: ⁊ oꝛdinē. vt ſit modificata per modeſtiā in exterioꝛi opere. ſpecioſa per mundiciam in affectione. oꝛdinata ⁊ oꝛnata per rectitudinem in intentione. tunc enī recte ⁊ oꝛdinate viuitur: cum eſt intētio recta: affectio munda: ⁊ operatio modeſta. Si vero conſideremꝰ ſermonē ratione finis. ſic eſt ad expꝛimendū / ad erudiēdum: et ad mouendū: ſed nunq̄ expꝛimit aliquis niſi mediante ſpecie. nunq̄ docet niſi mediante lumine arguente. nūq̄ mouet niſi mediāte v̄tute. Et ſic ꝯſtat q hoc non ſit niſi per ſpēm ⁊ lumē ⁊ virtutem intrinſecā: intrinſecꝰ anime vnitam. Et ideo cōcludit Auguſtinus.

ꝙ ille ſolus eſt verus doctor qui poteſt ſpeciem imprimere: ⁊ lumen infundere et virtutẽ dare cordi audiẽtis. Et hinc eſt ꝙ cathedram habet in celo: qui intꝰ corda docꝫ. Sicut ergo nihil cognoſcitur per ſermonem perfecte niſi mediante virtute/ lumĩe ⁊ ſpecie vnitis anime. Sic ad hoc ꝙ anima erudiatur ad dei cognitionẽ per ipſius internã locutionem: neceſſe eſt ꝙ vniatur ei q̃ eſt ſplendor glorie: ⁊ figura ſubſtãtie eius. portans omnia verbo virtutis ſue. Ex quo patet ꝙ̃ mira eſt hec contẽplatio: per quam Auguſtinus in multis libris manuducit ad diuinã ſapientiam. ꝫm etiã hunc modum eſt reperire in illuminatione naturalis philoſophie: cuiꝰ principalis intentio verſatur circa ratiões formales in materia/ in anima et in diuina ſapientia. Quas tripliciter contingit conſiderare: ſcilꝫ ꝫm habitudinẽ proportionis / ꝫm effectum cauſalitatis/ et ꝫm medium vnionis. Et ꝫm hec tria eſt reperire tria premiſſa. Si conſideremus eas ꝫm habitudinẽ proportionis: videbimus in eis verbum eternum: ⁊ verbum incarnatũ. Rationes intellectuales et abſtracte quaſi medie ſunt inter ſeminales ⁊ ideales. Sed rationes ſeminales nõ poſſunt eſſe in materia: q̃n ſit in ea generatio et ꝓductio forme. Similiter vero in aĩa non ſunt ratiões intellectuales: quin ſit generatio verbi in mente. ergo nec ideales in deo quin ſit ꝓductio verbi a patre ꝫm rectam proportionẽ. hoc enĩ eſt dignitatis. ⁊ ſi ꝯuenit creature: multo fortiꝰ inferri poteſt de creatore. ꝓpter ꝙ dixit Auguſtinꝰ: ꝙ filius dei eſt ars pr̃is. Rurſus appetitus qui eſt in materia: ordinatur ad ratiões intellectuales: vt nullo modo perfecta ſit generatio: niſi aĩa rõnalis vniatur materie corporali. Per conſimilẽ igiꝛ rationẽ poteſt argui: ꝙ ſumma ꝑfectio ⁊ nobiliſſima in vniuerſo eſſe non poteſt: niſi natura in qua ſunt rões ſeminales: ⁊ natura in q̃ ſunt rõnes intellectuales: ⁊ natura in q̃ ſunt rõnes ideales: ſimul cõcurrant in vnitatem perſone: qđ factum eſt in filij dei incarnatiõe. Predicat igiꝛ tota naturalis philoſophia: per habitudinem ꝓportionis dei verbũ natũ ⁊ incarnatum. vt idem ſit alpha et o. natum. ſ. in principio ⁊ ante tempora. incarnatum vero in fine ſeculorũ. Si vero cõſideremus ratiões iſtas ꝫm effectũ cauſalitatis. ꝓpendimꝰ ordinẽ viuendi. Cũ m̃ generatio nõ poteſt fieri in materia generabili ⁊ corruptibili ꝫm rões ſemĩales: niſi bñficio lumĩs corporũ ſupceleſtiũ: que elongant a gñatione ⁊ corruptiõe: ſcilꝫ a ſole/ luna/ ⁊ ſtellis. Per hũc etiã modũ anima non poteſt opera vite facere: niſi ſuſcipiat a ſole. i. a chriſto gratuiti luminis beneficiũ. ⁊ niſi cõſequaꝛ ipſius lune. i. eſt virginis marie matris chriſti patrociniũ. ⁊ niſi imiteꝛ aliorum ſanctorum exempla. ex quoꝝ concurſu cõgregeꝛ in ipſo opus vnũ atq꜄ ꝑfectũ. vnde ordo viuendi pendet in his tribꝰ. Si autẽ cõſideremꝰ iſtas rationes ꝫm vnionis medium. intelligemꝰ per quẽ modum fiat vnio anime ad deũ. Nam natura corporalis anime nõ põt vniri: niſi mediante humore. mediante ſpiritu: et mediante calore. que tria diſponunt carnem vt vitam ſuſcipiat ab anima. Scđm hoc etiã intelligiꝛ: ꝙ deus non preſtat vitam anime: nec ei etiã vniꝛ: niſi ſit humida ꝑ gemitũ cõpunctionis et pietatis. ⁊ niſi ſit ſpiritualis per cõtẽptum omnis terrenitatis. ⁊ niſi ſit calida per deſideriũ ipſiꝰ dilecti et patrie celeſtis. Ecce q̃liter in philoſophia naturali latet ſapientia dei. ¶ Penes modos predictos eſt reperire in illuminatiõe philoſophie moralis lumẽ ſacre ſcp̃ture. Cũ intẽtio moralis philoſophie principaliter verſatur circa rectitudinem. verſatur enim circa iuſticiam generalem. Que vt dicit Anſelmus eſt rectitudo volũtatis. Rectũ autem habet tripliciter notificari. et ꝫm hoc tria p̃miſſa relucent in cõſideratione rectitudĩs. Uno modo diciꝛ rectũ: cuius mediũ non exit ab extremis. Si ergo in deo eſt ſumma rectitudo: et ꝫm ſe: ⁊ inq̃tum eſt principiũ: ⁊ inq̃tũ eſt finis omnium: neceſſe eſt in deo ponere

mediã pſonam ſm ſe: vt vna ſit tm̃ producens. alia tm̃ producta. media vero producens et ꝓducta. Neceſſe eſt etiã ponere medium in egreſſu ⁊ regreſſu rerum: ſed medium in egreſſu neceſſe eſt ꝙ plus teneat ſe a parte producentis. medium vero in regreſſu plus a parte redeũtis. Sicut ergo res exierũt a deo per verbum dñi. ſic ad cõpletum reditum neceſſe eſt mediatorem dei ⁊ hominum: non tm̃ deum eſſe: ſed etiam hominem: vt homines reducat ad deũ. Alio modo dicitur rectum: qđ dirigenti ſe cõformatur. Et ſm hoc in cõſideratione rectitudinis: conſpicitur ordo viuendi. Ille enim recte viuit: qui dirigitur ſm regulas iuris diuini. Et hoc eſt qñ voluntas hominis aſſentit p̄ceptis neceſſarijs: monitis ſalutiferis: conſilijs perfectis. vt probet homo que ſit volũtas dei bona: ⁊ bene placens: ⁊ pfecta. Et tunc rectus ordo viuendi dicit̃: in quo nulla obliquitas poteſt reperiri. Tertio modo dicitur rectũ: cuius ſummitas eſt ſurſum erecta. ſicut homo habet ſtaturam rectam. Et ſm hoc in cõſideratione rectitudinis manifeſtatur dei ⁊ anĩe vnio. Cum enim deus ſit ſurſum neceſſe eſt ꝙ apex ipſi⁹ mentis ſurſum erigatur. Hoc autem eſt cũ rationalis aſſentit prime veritati ꝑpter ſe ⁊ ſuper oĩa. cum iraſcibilis ĩnititur ſumme largitati. ⁊ cum cõcupiſcibilis adheret bonitati. tunc q̃ hoc modo adheret: vnus ſpũs eſt cum deo. Et ſic patꝫ quomõ multiformis ſapientia dei: q̃ lucide traditur in ſacra ſcriptura: occultatur in omĩ cognitione: ⁊ in omñi natura. Patet etiã qũo omnes cognitiones famulant̃ theologie. Et ideo ipſa aſſumit exempla et vtitur vocabulis pertinentibus ad omne genus cognitionis. Patet etiam ꝙ̃ ampla ſit via illuminatiua. ⁊ qũo in omni re que ſentitur ſiue que cognoſcitur: interi⁹ lateat ipe de⁹. Et hic eſt fructus omniũ ſcientiarum: vt in omnibus edificetur fides. honorificetur deus. cõponantur mores. hauriantur cõſolationes: que ſunt in vnione ſponſi ⁊ ſponſe. que quidem fit ꝑ charitatem. ad quã terminatur tota intentio ſacre ſcripture. ⁊ per cõſequens omnis illuminatio deſurſum deſcendens. et ſine qua omnis cognitio vana eſt. qꝛ nunꝙ̃ peruenitur ad filium niſi per ſpiritũſanctum. qui docet nos omnem veritatem. Qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum Amen.

¶ Finit Libellus ſancti Bonauenture de Reductione artium ad theologiam.

# Tractatus ſancti Bonauēture ordinis minorum de paupertate xpi: contra magiſtrū vvilhelmum.

Queſtio ē de pauptate: et querūtur duo. Primo q̄rit de paupertate quātum ad abrenūciationem. Scdo q̄tū ad mēdicatiōez.

¶ Circa primum ſic ꝓcedit: et querit vtrū chriſtiane perfectiōis ſit abrenūciare oib⁹ tam i cōmuni q̄ in priuato. Et q ſic videt Matth. xix. Si vis pfectus eſſe vade et vende oīa que habes et da pauperibus: et veni ſequere me. Glo. Ecce cōtēplatiua que ad euāgelium pertinet: conſtat q dn̄s iſtū ad diuitias non vocabat/ et tn̄ renūciare oībus cōſulebat: nec ad opera manualia immo ad contēplatiuā/ ſicut dicit glo. ergo. ⁊c. Item Matth. xix. Ecce nos reliquim⁹ oīa. vbi dicit glo. Tanta a ſequētibus dimiſſa ſunt/ quāta a non ſequētib⁹ cōcupiſci poterūt: ergo perfecta imitatio totaliter extinguit appetitum diuitiaꝝ. Sed hec extinctio potiſſime eſt i eo qui abrenūciat oib⁹: g̃. ⁊c. Item Marci. x. Uade ⁊ vende omnia que habes. Glo. non partem ſicut ananias: ſ; qui totū dat nihil ſibi reſeruās iṗe potiſſime facit qđ dn̄s conſulit: nihil ſibi reſeruans nec in cōmuni nec in ſpeciali: et qui hoc facit perfectiſſime facit: g̃. ⁊c. Item Marci. xij. dixit dn̄s de vidua. Amen dico vobis q hec vidua pauper pl⁹ q̄ oēs miſit. Nam oēs ex eo qđ abūdabat eis miſerūt: hec autem de penuria ſua oīa que habuit miſit totum victū ſuū. Sed i hoc laudat vidua paupercula: ergo q̄ hoc faciunt quāto perfecti⁹ agūt tanto magis laudabiles ſunt: g̃. ⁊c. Item Luce. xij. Reſpicite coruos. Glo. Sācti merito auibus cōparātur: qui nihil in mūdo agētes nec laborātes ſola eterna appetunt iam ſiles angelis. Sed q̄to magis hec dimittit qs/ tāto magis angelis aſſimilatur: g̃. ⁊c. Item Lu. xiiij. Niſi qs renūciauerit oib⁹ q̄ poſſidet. Glo. Hoc diſtat inter renūciare oib⁹ et relinquere oīa: qꝛ renūciare cōuenit oib⁹ qui ita licite vtunt mūdanis que poſſidēt vt tamen mēte tēdāt ad eterna: relinquere aūt eſt tantūmodo ꝑfectoꝝ: qui oīa tēporalia poſtponunt: et ſolis eternis inhiant: ſed q̄ prorſus oib⁹ renūciat in cōmuni ⁊ i priuato/ ille maxime oīa poſtponit: g̃. ⁊c. Item hoc iṗm oſtēdit exēplo xpi: de quo Mat. viij. Uulpes foueas habēt. ⁊c. Chriſoſt. Quid pecunias expectas ſequēs me congregare? Non vides qꝛ diuerſoriū mihi neq̄ eſt tātū quātū auib⁹: ergo xp̄s prorſus nihil habuit: g̃. ⁊c. Item ſup illud Matthei. xvij. Uade ad mare. Glo. Dn̄s tāte paupertatis fuit vt vnde tributa ſolueret non haberet. Habebat quidē iudas cōmunia in loculis: ſed res pauperum i vſus ſuos aſſumere nefas duxit idiṗm dans exēplum nobis. Si g̃ xp̄s tāte paupertatis fuit q nō potuit ſoluere denariū/ manifeſtum eſt q fuit in ſūma paupertate. Item Luce. x. Uulpes foueas habēt. Glo. Ego tāte paupertatis ſum vt nec hoſpitiū quidē habeam/ nec meo vtar tecto: g̃. ⁊c. Item Joh. xiiij. Uenit princeps mundi huius. ⁊c. Glo. Noluit dn̄s habere quid perderet: pauper venit ne haberet diabolus qđ auferret: g̃ ſi oīa temporalia poſſunt perdi nihil habuit temporale. Item. ij. Cor. viij. Scitis grām dn̄i noſtri ieſu xp̄i: qm̄ ꝓpter vos egenus factus eſt cū eēt diues: vt illi⁹ inopia. ⁊c. ergo q̄ ſic abrenūciat vt egeat magis ſe xp̄o cōformat. Item ſup illud qđ ſequitur. In hoc cōſiliū do. Aug. in ori. Factus eſt egen⁹ intātū vt nō haberet qđ habēt vulpes. et i hoc conſiliū do: ſubaudit vt ei⁹ paupertatem imitemini: ſed q̄ abrenūciat oib⁹/ ei⁹ paupertatē imitatur: g̃. ⁊c. Item ſup illđ Jaco. ij. Nōne de⁹ elegit pauperes? Glo. Pau=

peres elegit parentes quoꝝ educaret
officio:ſed parētū xp̄i magna fuit indi
gētia: ẜm illō Lu.ij. Pānis eū inuol=
uit.ꝛc̄.Ergo xp̄s nō tātū in ſeipo pau=
pertatem dilexit / verūetiam in alijs.
Item xp̄s maxime fuit imitabilis ẜm
ſtatū quē habuit ī cruce;ẜm illō.j.Pe
tri.ij.Chriſt⁹ paſſus eſt ꝓ nobis vobis
relinquēs exēplum vt ſequamini veſti=
gia eius.ſed in cruce fuit oīno nudus.
vn̄ Hiero.ad Ebidiā. Uis eſſe perfe=
cta ꝛ in prio ſtare faſtigio dignitatis?
fac qð fecerūt apl̄i:vende oīa que ha=
bes ꝛ da pauperib⁹/et ſequere ſaluato
rem: et nudā ſolāq̧ crucē ꝟtute nuda
ſequaris ꝛ ſola:ꝙ.ꝛc̄.Item hoc ip̄m vi
detur ſctōꝝ teſtimonijs.Amb.ſup Lu
cam.Qualis debeat eſſe q̄ euāgelizat
regnum dei:preceptis euāgelicis deſi=
gnatur:vt ſine virga:ſine pera:ſine cal=
ciamento:ſine pane:ſine pecunia: hoc
eſt ſubſidij ſecularis amminicula non
requirēs fideiq̧ totū putet ſibi quomi
nus ea requirat mag̃ poſſe ſuppetere.
Si igiꝰ hoc atteſtaꝰ ꝑfectioni predica
toris euāgelice perfectionis: vt nullū
prorſus querat amminiculū ſeculare:
et hoc eſt eſſe in altiſſima paupertate:
patet.ꝛc̄.Item Hiero.ad Eliodorum
monachū. Nolo priſtinaꝝ neceſſitatū
recorderis/nudos amat herem⁹: nolo
te antique peregrinationis terreat dif
ficultas.Qui in xp̄m credis:et ei⁹ cre=
de ſermonib⁹.Querite primū regnum
dei:et hec oīa adijcientur vobis.Non
pera tibi ſumēda eſt/non virga affatim
diues eſt q̄ cū xp̄o pauper eſt:oīa igiꝰ
relinqui poſſunt,ſpe poſita in ſolo xp̄o.
Item Ambro.in lib.de offi.Nullū am
minicululi preſtāt diuitie ad vitā btām:
qð euidēter dn̄s demōſtrauit ī euāge=
lio dicēs.Beati pauperes ſpiritu.ꝛc̄.
Itaq̧ paupertatem/famem dolorem
que putātur non ſolū non impedimēto
eſſe ad vitā beatā ſed etiā adiuuamen
tum eſſe euidētiſſime ꝓbātur.Sic er=
go non ſolū amminiculo non ſunt ad vi
tam beatā corporis externa bona ſed
etiā diſpēdio ſunt.ſʒ que non ſunt am=
miniculo ſʒ diſpēdio perfectū eſt relin=
quere:ꝙ.ꝛc̄. Item Hierony.ſuper illō
Matth.vj. Nōne aīa plus eſt q̄ eſca.
In ꝓmiſſis veritatis nemo dubitet:ſit
homo qð eſſe debet et mox addūtur ei
oīa: ꝓpter quem facta ſunt oīa. Ergo
qui oīa relinquit ꝓpter xp̄m cōfidens
in ꝓmiſſo xp̄i/agit ẜm perfectā fidem
ipſius.Hoc aūt potiſſime facit q̄ oīno
nihil ſibi reſeruat nec in cōi nec ī ſpecia
li:ꝙ.ꝛc̄. Item Aug.tractās illō Mat.
vj.Reſpicite volatilia celi.Sācti meri
to auib⁹ cōparātur:q; celū petunt:qui
iam ita remoti ſunt a mundo vt iam in
terris nihil agāt/nihil laborēt:ſed ſola
cōtēplatione iam in celo degēt. Si er=
go hec vita altiſſima eſt: ꝙ ſpretis oīb⁹
totā ſpem vite ſue in deo cōſtituere eſt
virtutis perfecte.Item Aug.de bono
ꝯiug.Bene faciebāt q̄ de ſua ſubſtātia
xp̄o ac diſcipulis eius neceſſaria mini
ſtrabāt:ſed meli⁹ qui oēm ſubſtātiam
ſuā dimiſerūt: vt expeditiores eūdem
dn̄m ſequerētur.ſʒ quāto q̄s magis di
mittit/tāto expeditior: ꝙ tāto laudabi
lior.Item ī lib.de eccle.dog.Bonum
eſt facultates cū diſpēſatione pauperi
bus erogare:meli⁹ pro intētione ſequē
di dn̄m ſemel donare:et abſolutū a ſol=
licitudine cū xp̄o egere. Ergo q̄ mag̃
eget et a ſollicitudinib⁹ mūdi abſoluiꝰ
perfecti⁹ xp̄m ſequiꝰ:ꝙ.ꝛc̄. Item Gre
go.viij.ome.ij.partis Ezech.Cū quis
ſuū aliq̄d deo vouet ꝛ aliq̄d non vouet
ſacrificiū eſt:cū ꝟo om̄e qð habet:om̄e
qð viuit:om̄e qð ſapit oīpotēti deo vo=
uerit holocauſtū eſt.Qui eñ ſibimet=
ipſis nihil reſeruāt:ſed ſenſum/vitam/
linguā / atq̧ ſubſtātiā quā perceperūt
omnipotēti deo immolāt: quid iſti ni=
ſi holocauſtum offerunt.Unde paulo
ante dixit ꝙ ille holocauſtū offert qui
ea que poſſidet apud ſemetip̄m decre=
uit indigētib⁹ cūcta tribuere/nihil ſibi
reſeruare/vitam ſoli ſuperne guberna=
tioni cōmittere.Sed hoc potiſſime fa=
cit q̄ ſic diſtribuit ꝙ nihil ſibi reſeruat/
nec in cōmuni nec in ſpeciali:ergo.ꝛc̄.
Item Joh.chriſoſt.in lib.ꝙ nemo ledi
tur niſi a ſeipo.Quid apoſtolos penu=
ria rerum corporalium leſit? None in

fame ⁊ ſiti ⁊ nuditate degebant: et pro his clari magis et magnifici habebantur: atq; ingẽtem per hoc fiduciã quesierunt apud deum. Ergo paupertas illa laudabilior in qua maior eſt penuria rerum. Item Bernard⁹ ad Henricum ſenonẽ. archiepm. Felix qui nihil ſibi retentat ex omnibus: non habet foueam vt vulpes: non tã volucres nidum: non loculos quõ iudas: non domos ſicut nec maria locum in diuerſorio. imitatus ꝑfecto illum qui non habebat vbi inclinaret caput. Sed q̃ oia prorſus dimittit nihil ſibi omnino nec in cõmuni nec in ſpeciali retinẽdo: hoc potiſſime facit: g. ⁊c. Item Proſper laudat Paulinũ et Hylarium de hoc ꝙ facultates ſuas oẽs pauperib⁹ erogauerũt: licet ratione epiſcopalis officij eccleſiaſtica bona poſtmodũ diſpẽſauerũt: ſicut habetur. xij. q. j. expedit. vbi ait ſic. Deniq; ſanctus Paulinus ingẽtia predia que fuerũt ſua pauperibus erogauit. Et infra. Quid ſanct⁹ Hylari⁹? Nõne ⁊ ip̃e oĩa ſua aut pauperibus reliquit: aut vẽdita oĩa pauperibus erogauit. Laudãtur hi ⁊ laudabiles ſunt: quia oĩa ſua propter deum cõtẽpſerũt. Sed hoc potiſſime faciũt qui nec in cõmuni nec ĩ ſpeciali ſibi aliquid retinẽt. Ergo tales maxime accedunt ad culmen perfectionis euangelice. ¶ Item hoc ipſum oſtenditur ratione. Duplex eſt ciuitas: ſcʒ dei ⁊ diaboli: hieruſalem ⁊ babylon: que oppoſitionem habẽt ⁊ in ſeipſis ⁊ in ſuis fũdamẽtis. Sed fundamẽtum ciuitatis babylonis: vt dicit Auguſt. eſt cupiditas: ergo quãto magis q̃s recedit a cupiditate / tãto magis recedit de diaboli ciuitate. Sed paupertas in qua q̃s in cõmuni ⁊ in ſpeciali prorſus oĩb⁹ abrenũciat tam effectu q̃ affectu: ip̃a eſt que maxime elõgat ab auaricia: g. ⁊c. Item diuitie ſunt incentiuum cupiditatis: qr difficile eſt habere ⁊ non amare. ſed quãto quis magis ſe elongat ab incẽtiuo peccati: tanto perfecti⁹ agit. Hoc autem facit qui in communi ⁊ in ſpeciali omnib⁹ abrenunciat: ergo. ⁊c.

Item triplex eſt conſilium: paupertatis / obediẽtie / et caſtitatis: ſed quanto quis generalius obedit et vniuerſali⁹ / tanto perfectius agit. Similiter ⁊ de cõſilio caſtitatis: ergo pari ratiõe verũ erit ⁊ de conſilio paupertatis. Item ſi dicas ꝙ non eſt ſimile: quia diuitie ſũt de neceſſitate vite. hoc nihil eſt: cũ multi qui nihil prorſus habent ꝓprietatis viuere poſſunt. Item ꝑfectior eſt paupertas quam perfectior cõcomitatur obediẽtia. Sed qui habent proprium in cómuni ab illo per obediẽtiam non poſſunt excludi / niſi ratione peccati. Qui aũt nihil prorſus habẽt / obedire tenentur vbiq; terrarum. Si ergo perfectio euãgelica maxime cõſiſtit ĩ perfectione obedientie / vniuerſaliter oĩb⁹ abrenũciare nihil prorſus reſeruando: ad culmen facit ꝑfectionis euãgelice. Item cõtẽpt⁹ p̃ntis ſeculi eſt laudabilis: hec eſt per ſe vera: ergo maior cõtẽptus magis laudabilis / et maxim⁹ cõtẽptus maxime laudabilis. Sed maxime cõtẽnit preſens ſeculũ qui abrenunciat in cõi ⁊ in ſpeciali: ergo talis perfectiſſime agit. Item paupertas alta eſt laudabilis / hec eſt per ſe vera: ergo altior laudabilior: et altiſſima laudabiliſſima: ſed hmõi eſt que nec in cõi nec in ꝓprio aliquã ꝓprietatẽ ſibi reſeruat: ergo. ⁊c. Item tãto via rectior quanto ei⁹ medium cõformi⁹ eſt extremis: ſed ſumma paupertas eſt tam ĩ principio vite q̃ in termino: ergo ſi in medio oĩa abdicẽtur via rectiſſima ꝓcedit. Sed quãto via rectior / tanto perfectior eſt: ergo via et vita pauperrima eſt perfectiſſima. Sed cõtra Eccl'iaſtici. xxvij. Propter inopiam multi deliquerunt: ſed nihil q̃d eſt ducẽs ad culpã ſpectat ad perfectionem euangelicã: ergo. ⁊c. Item Eccleſiaſtes. vij. Utilior eſt ſapientia cum diuitijs. Glo. q̃ ſola. Sed diuitie non faciunt hoĩem perfectum: ergo minus paupertas et indigentia. Item Prouerb. xxx. Diuitias ⁊ mẽdicitatẽ ne dederis mihi. et poſt. Ne egeſtate cõpulſus furer et periurẽ nomen dei mei. Sed nihil facit ad ꝑfectionẽ

euāgelicā qđ ſapiens ſapiēter recuſat: ergo. ⁊c̄. Item Luce. vj. Perfect⁹ oīs erit ſi ſit ſicut magiſter ei⁹. Sed xp̄s loculos habuit ſicut ptꝫ Joh. xij. vbi dr̄ q̄ iudas loculos ferebat: ergo ꝓprietatē nolle i cōmuni hr̄e non videt̄ eſſe perfectio/ſed poti⁹ ſuꝑſtitio: in qua diſcipulus videt̄ ſe velle preferre magr̄o. Si dicas q̄ loculos non habuit: cōtra Auguſti. dicit. et habet̄. xij. q. j. Habebat dn̄s loculos a fidelib⁹ oblata cōſeruās et ſuoꝝ neceſſitatib⁹ et alijs indigētib⁹ tribuebat. Item ſuꝑ illud. j. ad Thim̄. vj. Habētes alimēta. ⁊c̄. Glo. Et ſi nihil intulerim⁹ in hunc mūdum/non tn̄ prorſus abijcienda ſunt hec tēporalia: ergo q̄ totū abijcit malefacit. Item. ij. ad Cor. viij. Si volūtas prōpta eſt ſm̄ id qđ habet. Glo. Neceſſaria retineāt: non vltra vires dādo. Ergo male facit q̄ ſic diſpēſat q̄ nihil ſibi prorſus reſeruat. Item q̄ tētat deū peccat mortaliter: ſꝫ qui habet humanum refugium et illo pretermiſſo querit diuinū/tētat deū: hoc aūt facit q̄ habet vnde ſuſtentetur: et illo dimiſſo expectat diuinit⁹ ſuſtētari: ergo talis facit cōtra euāgelium. Item virt⁹ circa mediū cōſiſtit/ ſꝫ oīno oīa dimittere eſt ad extremum declinare: ergo hoc magis eſt vitij q̄ȝ virtutis ſeu pfectionis euangelice. Item ſicut oīa tenere ſemper eſt auaricia: ſic oīa dare ſemper eſt ꝓdigalitas. ſed oīa tenere ſemꝑ eſt vitiū: ergo ſilr̄ et oīa dare. Item qui ſubtrahit alij neceſſaria peccat mortaliter: ſed tātū tenet̄ quis ſibi prouidere ſicut alij: ergo qui oīa dimittit et nihil ſibi reſeruat peccat mortaliter: q: facit cōtra perfectiōem euāgelicā. Item qui exponit ſe periculo interfectionis peccat mortaliter: ergo ſilr̄ qui exponit ſe ꝑiculo famis. ſꝫ talis eſt qui oīa dimittit et nihil ſibi reſeruat: ergo. ⁊c̄. Item null⁹ debet reijcere oīno qđ quotidie petit a deo: ſed omni die petimus in oratione dn̄ica. Panem noſtrū quotidianum: ergo male facit q̄ deſerit totum. ¶ Reſpōſio. Dicēdum q̄ abrenūciare oīb⁹ tam in priuato q̄ȝ in cōmuni eſt chriſtiane pfectionis: non ſolū ſufficiētis/ſed etiam abūdātis: tāq̄ȝ perfectionis euāgelice cōſilium principale/ et principium fundamētale/et fundamētū ſublime. Primū ſuadet natura: ſcd̄m ſcriptura: tertiū gratia. Primū inq̄ȝ eſt cōſiliū pricipale: q: viā prebet ad alia. Nam abundās paupertas diſponit ad carnis mortificationem. ⁊ ad volūtatis ꝓprie perfectam abnegationem: cū nihil ſibi detineat/nec domū/ nec tectū/nec aliquā rem. Ad ipām autem ſpecialiter viā facit ipā natura: ſiue inſtituta ſiue lapſa. Nam homo nudus format⁹ eſt: et ſi in ſtatu illo ſteti ſet/nihil ſibi prorſus appropriaſſet. homo ꝓ lapſus nudus naſcit̄/nud⁹ moritur. Et ideo hec rectiſſima via eſt vt ab extremis non declinās q̄ȝtū pōt natura pati pauper et nudus incedat. et hoc eſt qđ dr̄. j. ad Thi. vj. Nihil intulimus in hūc mūdū haud dubiū: q: nec auferre q̄d poſſum⁹. Et ex hoc cōcludit. Habētes alimenta ⁊ quibus tegamur. ⁊c̄. Hoc aūt nihil arcti⁹ vel pauperius q̄ȝ ſimplici victu ⁊ operimento eſſe cōtētum: qđ ex nature documēto perſuadet Ap̄lus tanq̄ȝ bonū et perfectum. Eſt etiā pricipiū fundamētale. Lex enim vetus differt a noua in hoc: q̄ illa timorem/hec amorē: illa tēporalia ꝓmittit/hec tēporalia cōtēnere docet. Si igit̄ fundamētum pfectiōis ciuitatis dei principaliter cōſiſtit in charitate: et illa potiſſime eſt pfecta quando oīs excludit̄ cupiditas: q: venenū caritatis eſt cupiditas. Hanc aūt cupiditatem oīno foras mittit q̄ oīa oīno et re ⁊ voluntate relinquit. ſicut radix omniū maloꝝ eſt cupiditas: ſic radix et principiū perfectionis eſt altiſſima paupertas. vnde Aug. in lib. lxxxiij. q. Charitatis venenū eſt ſpes adipiſcendorum ac retinēdoꝝ tēporalium: nutrimētum ei⁹ imminutio cupiditatis: perfectio ei⁹ nulla cupiditas. Signū profectus ei⁹ imminutio timoris: ſignum perfectionis eius nullus timor: q: radix oīm maloꝝ eſt cupiditas: et perfecta charitas foras mittit timorem. Illa igitur paupertas eſt perfectiſſima/

que omnino cupiditatem exterminat. Eſt nihilominus fundamētum ſublime quia cum duplex ſit vita ad quam diſponit gratia:ſcz actiua z cōtēplatiua. actiua deorſum ordinat/ſed contēplatiua surſū in celum erigit. Nullus aūt ſpiritus magis idoneus ad hoc ꝙ ille qui penitus eſt exoneratus ab onere tēporalium: et qui theſaurū ſuum totum habet in celo:et cuius regnum non eſt de hoc mūdo:qui non habet hic manē tem ciuitatem ſed futurā inquirit. Talis aūt eſt qui oībus terrenis perfecte abrenūciauit:et ideo talis iam fundamentum ſui edificij collocatum habet in excelſis. vnde Aug. in lib. de agone chriſtiano. Cum cognitio z actio beatum hoīem faciant:ſicut in cognitione cauēdus eſt error:ſic in actione cauenda eſt nequitia. Errat aūt ſi qs putat ſeveritatem poſſe cognoſcere/cum adhuc nequiter viuat. Nequitia aūt eſt mūdum iſtum diligere: z ea que naſcūtur et tranſeūt pro magno habere et ea cōcupiſcere:et pro his laborare vt acquirātur:et letari cum abundauerint: et timere ne pereāt: et contriſtari cum pereunt. Ille igit̄ potiſſime eſt idoneus ad cōtuitionem ſublimium:et ibi ſubliḿiter fundatus: qui eſt perfectiſſimus cōtēptor oīm iſtorū:talis eſt qui totum cogitatum ſuum iactat in dño et oēm ſollicitudinem:qui nullam prorſus habet poſſeſſionem. ¶ Eſt igitur pfeſſionis chriſtiane pro xpo nihil in mundo poſſidere nec in cōmuni nec in pprio. Idem dñs expreſſiſſime cōſulit: idem exēplum in ſemetipo oſtendit:idem ſpiritusſanctus in ſanctis hoc multipliciter perſuaſit. Nam hmōi arduiſſimam paupertatem ſicut oſtēſum eſt perſuadet natura/ſcriptura/et gratia. Perſuadet dñs ieſus xps inſtruendo/conuerſando/inſpirādo. Quis enim ſpiritus niſi dei facit hoīem contēnere preſentia et amare celeſtia? Nam hoc non facit ſpiritus diaboli: nec mundanus: nec proprius:cum ſemper inclinent ad bonum priuatum:facit igitur ſpiritusſanctus. Et hinc eſt ꝙ ſpiritusſancto dictante iſtum modum viuēdi ſummus pontifex approbauit:ſicut dicit decretalis. de excel. prela. nimis praua. ꝙ ordinem z regulam fratrum predicatorū et minorū ſedes apoſtolica noſcitur approbaſſe. Unde huic contrarium nulli prorſus licet ſentire. Quare tales vidētur ſtulte agere/periculis ſe exponere/ et deum tentare. Nam contra tales dicitur in regula beati Franciſci:in qua paupertas hmōi cōfirmatur. Nulli ergo oīno hoīm licet hanc paginam. zc. Contra tales etiam dicit Augu. in tractatu de elemoſina. Helias in ſolitudine coruis miniſtrātibus paſcitur:et Danieli ī lacu ad leonum predam iuſſu regis incluſo prādium diuinitus apportatur: et tu metuis ne operāti etiā apud dñm pmerenti deſit alimētum:cū ipſe in euāgelio ad exprobrationem eorum quorū mens dubia z fides parua conteſtetur et dicat. Aſpicite volatilia celi: qm̄ non ſerunt neqꝫ metūt/neqꝫ congregant in horrea: et pater veſter celeſtis paſcit illa. Nōne vos pluris eſtis illis? Volucres deus paſcit: et volucribus alimenta diurna preſtātur:et quibus nullus diuine rei ſenſus eſt:eis nec cibus nec potus deeſt. z tu chriſtiano:tu dei ſeruo: tu bonis operibus dedito: tu dño ſuo charo aliquid exiſtimas defuturum? An eis terrena deerunt/quibus celeſtia et diuina tribuuntur? Unde hec incredula cogitatio:vnde impia z ſacrilega iſta meditatio? Quid facit in domo dei perfidum pectus? Quid qui xpo oīno non credit:appellat̄ et dicit̄ chriſtianus? Phariſei tibi magis cōgruit nomen. Nam cū in euāgelio de elemoſinis diſputaret:et vt nobis amicos de terrenis lucris prouida operatione faceremus: qui nos poſtmodum in eterna tabernacula ſuſciperēt/fideliter et ſalubriter premoneret:addit poſt hec ſcriptura dicēs. Audiebāt hec omnia phariſei qui erant auari et deridebant illum. Quales nūc ſunt ī eccleſia quorum quoſdam vidēt:quorū precluſe aures z corda cecata nullum de ſpiritualibus ac ſalutaribus monitis lumen ad-

mittunt: de quibus mirari non debet ꝙ cõtẽnãt in talib⁹ ſeruos: quãdo a talibus ipſm dñm videam⁹ eſſe contẽptũ. Ex hoc apparet euidẽter ꝙ oĩno oĩb⁹ abrenũciare vniuerſaliter pro xp̄o culpãdum non eſt: ſed potius laudãdum tanꝗ̄ culmen euãgelice perfectionis. Unde ratiões/exẽpla/et auctoritates concedende ſunt ad iſtam partem: ad quam ſufficiẽtiſſime aſtruendam vna ſola auctoritas expreſſa ex ore xp̄i conſulentis dimittere oĩa eſſet ſufficiẽtiſſima: etiam ſi multa gloſarum expoſitarum ꝛ ſanctoꝝ dicta viderẽtur eſſe cõtraria. Ait enĩ Aug. ad Paulinam de vidẽdo deo ſic. Attẽde que credis ꝛ in eis ipſis quib⁹ non viſis accõmodas fidem/ipſa teſtium pondera diſcernẽda ſunt. Nec enĩ mihi ſic credis queãdmodum Ambroſio: aut ſi ambobus nobis equa lance putas eſſe credendum: nũquid vllo modo euangelio cõparabis? An ſcripturam noſtram ſcriptis canonicis coequabis? Profecto ſi recte in iudicando ſapis: longe nos infra vides ab illa auctoritate diſtare: et me quidẽ longius. Sed vtriꝗ̄ noſtrum quãtũlibet credas/vtrumꝗ̄ illi excellentie nequaꝗ̄ cõparas. Igitur qm̄ diuina auctoritas ſic expreſſe dicit oĩa dimittenda ei qui ad perfectionem conſcẽdere cupit euãgelicam/manifeſtũ eſt ꝙ verum certitudinaliter debet teneri: ꝙ ei non poſſit ſine periculo fidei obuiari.

¶ Ad illud vero qđ primo obijcitur in cõtrarium: qđ pertrahit ad peccatum: et de egeſtate que facit periurare. Dicẽdum ꝙ duplex eſt inopia. Quedam voluntaria: et quedam inuoluntaria. Inopia inuoluntaria inducit defectũ mẽtis et prauitatem ꝛ occaſionem inducit ad peccãdum. Inopia aũt ſeu paupertas volũtaria hec habet adiũctam ſufficiẽtiam. Iuxta illđ. ij. ad Coꝝ. vj. Tanꝗ̄ nihil habẽtes. ꝛc̄. Et hec diſponit ad iuſticiam perfectam: q: mentem facit ad omne bonũ idoneam: ſicut ecõtra radix omnium maloꝝ eſt auaricia. Et eſt qđ dicit Chriſoſt. xlvij. omel. ſup Matth. Si volueris videre amãtis aurum aĩam: queãdmodum veſtimẽtum a decem milibus corroſum vermibus: et nihil habẽs ſanum ita inuenies perforatam eam vndiꝗ̄ a ſollicitudinibus et a peccatis putrefactam et erugine plenam. Sed non anima inopis voluntarij talis eſt: ſed fulget quidem velut aurum: ſplendet autem velut margarita: floreſcit aũt velut roſa. Non eſt illic tinea: non eſt illic fur: non eſt illic ſollicitudo vite hui⁹ negocioꝝ: ſed ſicut angelus ita cõuerſatur. Non ſubiacet demonib⁹: non aſſiſtit regi/ſ; aſſiſtit deo: et non militat cum hoĩb⁹/ſed cũ angelis: non habet theſaurum terram/ſ; celum: non indiget ſeruis/magis aũt habet ſeruos poſſeſſiones ꝛ cogitationes que reb⁹ dominãtur. Quid igitur paupere hoc meli⁹ eſt vnꝗ̄? Pauimẽtum deniꝗ̄ habet celum. Si aũt pauimentum tale eſt/excogita tectũ: ſed non habet equos et currum. Quid autem ei opus eſt qui ſuper nube vehi debet et eſſe cum xp̄o? Ex his apparet ꝙ in volũtaria paupertate magna eſt ſufficiẽtia: magna eſt nobilitas que facit tranſcendere cũcta terrena. ¶ Uel poteſt dici aliter ꝙ illa dicta ſunt tẽpore legꝭ ſcripte/que tẽporalia promittebat non eterna: in qua paupertas contẽnebat̄. vnde Chriſo. xviij. ſer. ſuper epiſtolam ad Heb. tractans predictum verbum. Diuitias ꝛ mendicitatẽ. ꝛc̄. dicit. Hec dicebãtur in veteri teſtamẽto: vbi multa ratio diuitiarum habebat̄: vbi paupertatis plurimus erat cõtẽptus: vbi hoc quidem maledictum/ſc; paupertas: illud aũt benedictio/ſcil; diuitie. Sed nũc nequaꝗ̄ ita. Sed ſi vis audire paupertatis predicatum/ipſam profeſſus eſt xp̄s: et dixit. Filius aũt hoĩs non habet vbi caput ſuum reclinet. Et iterum diſcipulis dicebat. Nolite poſſidere aurũ. Ex quo apparet ꝙ auctoritas illa non eſt contraria aſſumẽtib⁹ volũtariam paupertatem: cũ illud dictum ſit tẽpore legis ſcripte/iſtud aũt fuit tempore legis gratie. Nec illud dictum eſt in perſona viri perfecti/ſ; potius infirmi: vt ex v̄bo Chriſoſt. patet.

Et per hoc patet reſponſio ad tres auctoritates primas. ¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ xp̄s habuit loculos: dicēdum ꝙ xp̄s habuit loculos trib⁹ de cauſis. Habuit em̄ loculos ꝑ pauperib⁹ alijs ſm qđ dicit Hieroñ. in auctoritate ſupra poſita. Chriſtus tāte paupertatis fuit. ⁊c̄. et hoc non tollit paupertatem ſummam. Habuit etiam loculos compatiendo infirmis: ſicut dicitur in glo. ſuper illud ps. Producens fenum iumentis. Dñs loculos habebat vel habuit in vſus eoꝝ qui cū eo erāt ⁊ ſuos: et religioſas mulieres ī comitatu: que miniſtrabant ei de ſubſtātia ſua: in his infirmoꝝ magis perſonam ſuſcipiens. Preuidit enim multos infirmos futuros/et iſta queſituros: vt et ibi earūdē perſonā ſuſcepit: vbi dicit. Triſtis eſt aīa mea vſqꝫ ad mortē. Et de his duobus ſuper illud Joh. xij. Ea que mittebātur. ⁊c̄. Glo. Cui angeli miniſtrabāt loculos habet in ſumptus pauperum condeſcendēs infirmis. Habuit etiam loculos ī articulo neceſſitatis: vtpote quādo tranſibat per ſamaritanos. In quo etiam articulo diſcipulis loculos habere permiſit: ſm illud Luce. xxij. Qñ miſi vos ſine ſacculo et pera. ⁊c̄. Glo. Non eadem regula viuēdi perſecutionis qua pacis tēpore diſcipulos informat: miſſis quidem diſcipulis ad predicādum: ne quid tolerēt in via precepit: ordinans ſcꝫ vt qui euangelium nunciat/de euangelio viuat. Inſtante vero mortis articulo: et tota illa gente paſtorem ſimul et gregem perſequente congruam tempori illi regulam decreuit: permittēs vt tollerēt neceſſaria victui: donec ſopita perſecutoꝝ inſania tempus euangelizandi redeat. Ex his enim gloſis manifeſte apparet ꝙ mod⁹ habēdi loculos in dño in nullo minuit paupertatem. Sic em̄ dñs condeſcendit infirmitati et neceſſitati: vt tamen ſalua eſſet forma paupertatis ⁊ exemplum: qđ precipue monſtrare venerat hoībus. Iuxta quod dicit Aplus. Factus eſt pro nobis egenus: vt illius inopia diuites eſſemus: paupertatem ſcꝫ altiſſimam voluntarie imitādo. ¶ Ad illud qđ obijcitur de glo. j. Thimo. vj. Habētes alimēta. Ubi dicitur ꝙ non ſunt abijciēda oīno temporalia: dicendum ꝙ intelligit de abiectione tēporalium q̄tum ad vſum non q̄tum ad dominium. Nam vſus tēporalium neceſſarius eſt vite humane: qui tamen haberi pōt abſqꝫ dominio et proprietate. Sic patet in pauperib⁹ qui nihil proprietatis habēt. Et ꝙ iſte ſit intellect⁹ patet per illud qđ ſequitur ī glo. immediate vbi ſubdit̄. Sed habētes alimenta ⁊ quib⁹ tegamur his contēti ſimus. qui vltra tendit malū inuenit. Eſſe igitur contentum vſu tegumenti ⁊ alimēti eſt mod⁹ perfecte virtutꝭ. Et ſic glo. debet intelligi: nec hoc repugnat altiſſime paupertati. Qui aūt ſic vellet tēporalia abijcere: vt nec vellet alimēta ſuſcipere: nec operimentū habere/non operaret̄ pfecte/ſꝫ ſtulte. Et hoc vult glo. illa inſinuare. ¶ Ad illud qđ obijcitur de illa glo. ij. Coꝛ. viij. Si voluntas prōpta eſt. Glo. vt neceſſaria remaneant: dicēdum ꝙ glo. illa trūcata eſt: qꝛ ſtatim ſequit̄. Non hoc dicit qn melius eſſet ſcꝫ totū dare. ſed infirmis timet: quos ſic dare monet vt egeſtatem non patiantur. Ex quo apparet ꝙ glo. illa poti⁹ facit ad cōtrarium q̄ ad propoſitum ſi ſano oculo ⁊ recto inſpiciat̄. ¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ qui ſic vniuerſaliter oīb⁹ abrenūciat tētat deum: dicēdum ꝙ falſum eſt. tum ꝓpter diuina ꝓmiſſa. tum propter plurima remedia que haberi poſſunt. tum ꝓpter exēpla quib⁹ manifeſte videmus ꝙ tales pauperes ſuſtētātur. Ex quo manifeſte colligit̄ ſi obdurati non ſumus ꝙ talis modus abrenunciādi diuinitus inſpirat̄: nec facit tentare deū ſi ſic abrenunciās diuinis ꝓmiſſionibus innititur. Quin potius ille deum tētat: qui de diuinis ꝓmiſſionib⁹ dubitat. Propter quod Hierony. ſup illud. Nonne anima plus eſt q̄ eſca. In ꝓmiſſis veritatis nemo dubitet ſit homo qđ eſſe debet: et mox addūtur ei omnia. Qui igitur de hoc dubitat: ſicut filij iſrael

deum tentat: qui dicebāt. Nūquid poterit deus parare mensam in deserto? His aūt non debēt viri perfecti conformari: sed potius apoſtolis: de quibus ij. ad Cor. iiij. Aporiamur ſed non deſtituimur. i. pauperes ſum⁹ adeo vt neceſſaria deſint. ſ; nō deſtituimur a deo oīno: q2 de⁹ paſcit nos. Et ꝙ illud extēdatur non ſolū ad apoſtolos verūetiā ad eoꝝ imitatores apparet per illḋ qḋ dicit̄ ad Heb. vlti. Sit mores ſine auaricia contēti preſentib⁹. Ipſe eñ dixit. Non te deſeram: neq; derelinquā. Ibi glo. Ipſe dñs oīpotens ad ieſum naue non te deſerā quin deīn neceſſaria neq; derelinquā: derelinqueret̄ ille q̄ fame periret. Sed q2 hoc non eſt/non ſit homo cupidus. Hoc poſt mortem Moyſi dixit Joſue. hoc etiā dicit omni ſperāti in ſe ſicut ioſue. hec eñ nobis ꝓmittit: ſed in illo ſpem noſtram ponamus. Non tenacib⁹/non cupidis: ſed ſperātibus i cum ſit iſta ꝓmiſſio. Etiā quia poterat illis videri ꝙ hec promiſſio ad ioſue tantū pertineret. Ad hoc Apl'us reſpōdet dicēs ꝙ nos iuuabit ſicut iuuit illū. q. d. Non eſt dubitādū de promiſſione: q2 ieſus xp̄s qui heri. i. in preterito adiuuit ioſue: et ipſe hodie. i. in preſenti adiuuat nos 2 alios fideles: et adiuuabit ī futuro ī ſecula. i. ſine fine. ¶ Ad illud qḋ obijcitur ꝙ virt⁹ conſiſtit circa medium: dicēdum ꝙ illud eſt verum quātum ad ea que ſunt neceſſitatis: ſicut eſt largitas. ſed fallit in his que ſunt ſupererogationis: ſicut eſt cōſilium paupertatis 2 caſtitatis. Taliū eñ perfecti⁹ potius attēditur ſm perfectam conſiderationem ad xp̄m 2 diuine dilectionis modum: qui eſt vt de⁹ ſuper oīa diligatur: q̄; ſm ſuperfluum et diminutum circa exteri⁹ obiectum. Et ꝙ illud ſit verum patet per Ambro. in lib. de offi. vbi dicit. Officium oīne aut eſt mediū: aut perfectū eſt: qḋ ſcripturaꝝ auctoritate ꝓbare poſſumus. Habemus eñ in euangelio. Si vis ad vitam ingredi ſerua mādata. Non homicidium facies. 2c̄. Hec ſunt media officia quib⁹ aliquid deeſt. Si vis perfectus eſſe vade 2 vēde oīa que habes et da pauperib⁹. vbi diligendos inimicos 2 orādum dicit pro calūniantibus et perſequētib⁹ nos ſi volum⁹ perfecti eſſe. Hoc eſt igitur perfectum officiū quod cathorthonia dixerūt greci: quo corrigātur oīa que aliquos potuerunt lapſus habere. Largitas igit̄ que attēditur ſm officium mediū in largiendo ſeruat modum. Paupertas vero ſpūs que attēditur ſm officiū perfectū tribuit totū. Unde eodem libro in tractatu de libertate dicit. Liquet debere eſſe modū libertatis ne fiat inutilis largitas: cui⁹ ſobrietas eſt tenenda. De quo modo ſubiungit. Modus libertatis tenendus eſt: vt qḋ bene facis id cōtinue facere poſſis: ne ſubtrahas neceſſitati qḋ indulſeris effuſioni. Potuit eñ donare Joſeph totas egypti opes/effundere theſauros regios: noluit tamē de alieno effuſus videri. Maluit frumenta vēdere q̄; donare eſuriētib⁹: quia ſi paucis donaſſet plurib⁹ defuiſſet. S; hoc ſpectat ad officiū medium: ſm ꝙ ipſe alibi dicit tractans in eodem libro illḋ Apoſtoli. Non vt alijs refectio: vobis aūt anguſtia. Aduertimus quēad modum beniuolētiam 2 libertatem/et modum cōprehendit 2 fructū atq; perſonas. Ideo modū: q2 imperfectis dabat conſiliū. Non eñ patimur niſi imperfecti. Uerum q2 perfectioni non repugnat modum tenere ſi quis diſpēſet bona eccl'ie. Ideo ſubiūgit. Sed ſi q̄s nolens eccl'iam grauare in ſacerdotio conſtitutus aliquo aut miniſterio: non totum qḋ habet conferat/ſed operetur cum honeſtate q̄; officio ſat eſt: nō mihi imperfectus videt̄. ¶ Ex dictis igitur colligit̄ ꝙ licet virtutis ſm ſtatum cōmunem 2 officium ſit tenere mediū: perfectionis tamen euāgelice eſt relinquere totum. Sed tamen in communi aliquid habeat̄ vt diſpēſetur: hoc non facit imperfectum/nec totum vniuerſaliter relinquere dicit exceſſum: quia hoc ſpectat ad perfectum officium: vt patet ex his que dicta ſūt: et ex hoc qḋ Ambro. premittit in precedenti capit.

vbi ſic ait. Ceterum dominꝰ non ſimul vult effundi opes: ſed diſpẽſari. niſi forte vt heliſeus boues ſuos occidit ⁊ pauit pauperes ex eo quod habuit. vt nulla cura teneretur domeſtica: ſed relictꝫ omnibus in diſciplinã ſe propheticam daret. Si ergo pro diſciplina prophetica ſunt omnia relinquẽda: multo fortius pro perfectione euãgelica. ¶ Ad illud quod obijcitur ꝙ omnia diſpergere eſt prodigalitas: dicendum ꝙ tunc eſt prodigalitas quando omnia diſperguntur pro vanitate: non autẽ quando dantur pro vtilitate: et ſic eſt de euangelica paupertate: qꝛ ſicut dicit̃ Marci x. Dominꝰ centuplũ reſtituet in preſenti cum tribulatiõe ⁊ in futuro vitã eternam. Secus autẽ eſt de vniuerſali retentione omniũ. Illa enim non fit pro ſpirituali vtilitate: ſed magis pro terrena cupiditate: ideo non eſt ſimile hinc et inde. ¶ Ad illud qđ obijcitur: ꝙ qui alij ſubtrahit neceſſaria ⁊c̃. dicendum ꝙ non eſt ſimile: quia qui ſubtrahit alij neceſſaria violentiã facit et inducit eũ in paupertatẽ inuoluntariã. Qui aũt ſubtrahit ſibi voluntarie facit: ⁊ in paupertatem voluntariam ſe inducit. Ac per hoc ſicut argumentũ illud non valet. Paupertas inuolũtaria nõ eſt laudanda: ergo nec voluntaria: ſic non cogit ratio predicta. Aliꝰ etiam eſt defectus in argumento p̃dicto: quia procedit per falſã ſuppoſitionẽ: pro eo ꝙ omnibus vniuerſaliter abrenunciãs neceſſaria ſibi omnia non ſubtrahit: quia diuine prouidentie regimini ſe cõmittit: et multos viuendi modos ⁊ querendi neceſſaria ſibi reliquit. ¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ ſe exponit periculo famis: dicendum ꝙ falſum eſt: ſicut omnino apparet ex predictis: ⁊ manifeſte colligitur ex omnibꝰ temporibꝰ retroactis Nuſq̃ ⁊ nunꝗ legitur ꝙ aliquis volẽs in paupertate deo ſeruire pro defectu cibi fame perierit. Et hoc eſt qđ dicit Auguſtinus in tractatu quodã de oratione dominica. Neq; enim deeſſe quotidianus cibus poteſt iuſto: cum ſcriptum ſit. Non occidet dominus fame animam iuſti. Et iterum. Iunior fui etenim ſenui: et non vidi iuſtum derelictum. Et iterum. Querentibus regnũ dei et iuſticiam eius omnia promittit apponi: et iam cum ſint dei omnia: habenti deum nihil deerit: ſi deo ipſe non deſit. Sic Danieli in leonum lacu iuſſu regis incluſo: prandium diuinitus procuratur: et inter feras eſuriẽtes homo dei paſcitur. Sic alitur Helias in fuga coruis miniſtrantibus: ⁊ volucribus cibum apportantibꝰ in perſecutione nutritur. O hũane malicie deteſtanda crudelitas. fere parcunt: ⁊ aues paſcunt: et homines inſidiantur ⁊ ſeuiũt. Ex his manifeſte colligitur ꝙ non eſt periculum ſed refugium ſpretis omnibus totaliter ſe dedicare ad deum colendum. ¶ Ad illud quod obijcitur: ꝙ in oratiõe dominica petimꝰ panem noſtrum quotidianum. dicendum ꝙ hoc potius facit ad oppoſitum ꝙ̃ ad propoſitum. Ex quo enim quotidie petimus victum diurnũ: nec petimꝰ quod habemus: manifeſtum eſt ꝙ euangelice perfectionis eſt: quotidiano victu eſſe contentum. Quod quia non poteſt videri perfectio in cordibus auarorũ: dominꝰ non ſolum ad hoc induxit conſilijs ſapientie: verũetiam exemplis nature et oraculis gratie: vt ſic ſaltẽ per illud triplex teſtimonium paupertatis conſilium firmiter comprobetur. ſicut totiꝰ perfectionis euangelice altiſſimũ et ſtabile fundamentum.

Queritur de mendicatione vtrũ mendicare pro chriſto ſit chriſtiane perfectionis. ⁊ voco mendicare elemoſynam querere: ſeu de q̃tidianis elemoſynis viuere. Et ꝙ non videtur primo auctoritate pſ. Timete dñm omnes ſancti eiꝰ: quoniã non eſt inopia timentibus eum. ergo nõ ſtant ſimul eſſe inopem ⁊ timere deum. Item Pſalm̃. Non vidi iuſtum derelictum: nec ſemen eius querens panẽ. ergo qui panem querit non eſt iuſtus nec ſemen iuſti. Item Pſalm̃. Nutantes transferantur filij eius et mendicent: ſed nihil

quod Pſalm. in dei ſpiritu loq̄ns im=
precatur ſpectat ad perfectionē euan=
gelicam ſeu ad perfectā iuſticiam. men
dicare eſt huiuſmodi. ergo ⁊c. Item
Eccl'iaſtici. xl. Fili mi in vita tua ne in=
digeas: melius eſt enī mori ꝙ̄ indigere
ergo melius eſt mortuū eſſe ꝙ̄ mendi=
cum. Item Actuū. xx. Beatius eſt ma
gis dare ꝙ̄ accipere: ſed dare elemoſy=
nam non facit hominē peruenire ad ꝑ=
fectionem euāgelicam. ergo multoma=
gis nec accipere. Item Luce. xij. Uen
dite que poſſidetis. Glo. vt omnibus ſi
mul pro deo ſpretis: poſtea labore ma=
nuum operemini vnde viuatis vel ele=
moſynam faciatis. vnicuiqꝫ igitur de
proprio labore viuere et elemoſynā fa=
cere ſpectat ad euangelicā perfectionē
ergo oppoſitum eius: ſcilꝫ mendicare ⁊
de alieno labore viuere eſt contrarium
ꝑfectioni euangelice. Itē. j. ad Theſſa
loni. iiij. Nullꝰ aliq̄d deſideretꝭ. Glo.
ne dum rogetis vel tollatis. Si ꝰ plus
eſt rogare vel petere ꝙ̄ appetere. et pri
mum tanꝙ̄ illicitum ab apoſtolo prohi
betur: ſcilꝫ deſiderare vel appetere q̄d
eſt alterius. ergo multofortius petere.
Item. j. ad Theſſalonicē. v. Rogamꝰ
vos vt noueritis eos qui laborant in=
ter vos: ⁊ preſunt vobis domino. Gloſ.
Sicut diuitie negligentiā pariunt ſa=
luti. ſic egeſtas dum ſaturari cupit a iu
ſticia declinat: ſed quod facit declina=
re a iuſticia non pertinet ad perfectio=
nem euangelicā. ergo ⁊c. Itē. ij. Theſ.
iij. Si quis non vult operari non man=
ducet. ergo vult apoſtolus ſeruos dei
corporaliter operari: vt habeant vnde
viuant: et non cōpellantur egeſtate ne=
ceſſaria petere. ſed hoc eſt mendicanti=
um. ergo ſeruorum dei non eſt mendi=
care ſm apl'm. Item eodē capitulo: ſu=
per illud: vt formā daremus vobis. gl.
Qui frequenter ad alienam menſam
conuenit: ocio deditꝰ neceſſe eſt vt adu
letur paſcenti ſe: ſed adulari eſt contra=
rium veritati ⁊ ꝑfectioni. ergo ⁊c. Itē
xij. q. j. videntes. dicit Urbanus papa:
ꝙ epiſcopi omnibus cōmuni vita viue=
re volentibus miniſtrare cūcta neceſſa

ria debent ꝓut melius poterunt: vt ne=
mo in eis egēs inueniatur. Et poſt. Si
quis extiterit modernis aut futuris tē
poribus qui hoc auellere nitat. iam di=
cta dānatione feriatur: ergo contra ca=
nonicas ſanctiōes eſt ꝙ aliqui viuāt vi
ta cōmuni in eccleſia egendo et mendi=
cando in ea. Item de conſe. di. j. Inhi=
betur ne eccleſia cōſecretur: niſi priꝰ do
tetur. ergo ſi eccleſia nō debet conſecra
ri niſi habeant vnde ſuſtentētur qui in
ea miniſtrant. multofortius nec aliqua
religio inſtitui debet ſine poſſeſſione ſu
ſtentatiua. Item in iure ciuili inhibet:
ꝙ validi non mendicent. C. de mendicā=
tibus validis: ſed magis debet eſſe or=
dinata eccleſia ꝙ̄ reſpublica. ſi ergo ꝙ
validi mendicent eſt cōtra rectam gu=
bernationē reipublice. multomagis cō
tra perfectionis ſublimitatem euange=
lice. Item hoc ipm oſtenditur ratione.
Mendicare eſt opus indifferēs: ſed in=
differens non ſit opus perfectiōis pro
additiōe finis. ſicut apparet manifeſte
in alijs operibus. vt ire ad eccl'iam: ⁊ fa
cere elemoſynā. ergo. ⁊c. Itē perfectio
nis eſt gratis ⁊ liberaliter ſeruire ⁊ obli
gationes peccatorū refugere: ſed q̄ ele=
moſynam recipit: obligat ſe ad interue=
niendum pro peccatis alienis. Si ergo
obligatio hmōi perfectioni non conſo=
nat. ergo ⁊c. Item huiuſmodi qui men
dicant ex profeſſione: aut hoc faciunt:
quia pauperes: aut quia p̄dicatores.
Si quia pauperes: ergo oēs paupe=
res qui mendicant perfecti ſunt. quod
eſt contra Auguſti. in lib. de opere mo=
nachorum: qui reprehēdit monachos
mendicantes ⁊ nihil operari volentes.
Si quia predicatores. ergo nullꝰ men=
dicare debet inter eos qui nō predicat
cuius contrarium videmus tota die.
Item p̄dicare eſt quid ſpūale: ſed qui
ſpirituale dat ⁊ temporale accipit ſilis
eſt giezi. q̄ pecuniā accepit a naamā ob
tentu bñficij ſpūalis ꝑus ſibi exhibiti.
hoc aūt eſt dānabile. ergo dānabile eſt
p̄dicatori mēdicare. nō ergo perfectio=
nis euangelice. Itē perfectoꝝ eſt abſti=
nere a mala ſpecie: ſed hoc eſt mala ſpe=

cles ꝙ predicantes tpalia petant: quia
in hoc sunt similes pseudo p̄dicatorib⁹.
ergo ⁊c. Item hmōi aut hn̄t auctorita
tem in p̄dicando: aut non hn̄t. Si nō ha
bent: ergo male faciūt in predicādo. ꝑ
nihil merent̄. Si habēt: sed qui hn̄t pos
sunt petere potestatiue: ꝑ tales p̄dican-
do iniuriantur auctoritati p̄dicatiōis
euangelij. ergo in hoc nō sunt pfecti: ſ;
impij. Itē tutius ⁊ perfecti⁹ est seq̄ vi-
ros pfectiores: ꝓbatiores: ⁊ sapientio-
res: sed viri ꝓbatissimi ⁊ sapiētissimi in
religiōib⁹ fuerūt Basili⁹/ Benedict⁹/
Augustin⁹/ Hieronim⁹/ Gregori⁹/ Hi-
larius/ ⁊ Paulin⁹. et tales sic sua reliq̄
runt ꝙ cōmunia possederūt: nec mendi
casse leguntur: ergo mod⁹ ita mēdican
di de nouo introduct⁹ p dominicum et
franciscū iudicatur supsticiosus ⁊ va-
nus: cum stultū videatur sensum ⁊ spi-
ritum duorū pauperum hominū ꝑpo-
nere tante sapientie et sublimitati san-
ctorum p̄cedentium ⁊ doctorum. Sed
cōtra Matth. x. Nolite possidere aurū
vel argentum: neq̄ pecuniā in zonis ve
stris: neq̄ peram in via: neq̄ duas tuni
cas: neq̄ calciamenta. Glo. Nec ipa ne
cessaria: nec cellariū secum vehāt: nihil
preter indumentū q̄ quis contētus esse
potest. In hoc traditur forma ipis apo
stolis: et quod pfectionis est pfectū est
imitari. ꝑ taliter per mundū ire spectat
ad pfectionē euāgelicā: sed hoc est mē
dicare et viuere de elemosyna. igit̄ hoc
spectat ad euangelicā perfectionem.
Item Mar. vj. Precepit eis ne q̄d tol-
lerent in via: neq̄ panem: neq̄ in zonis
es. Aut igitur precepit tanq̄ prelatis:
aut tanq̄ perfectis. Si tanq̄ prelatis
ergo ad illud adhuc essent astricti. q̄d
manifeste falsum est. Precepit igit̄ eis
tanq̄ viris perfectis. Sed pfectio pro
ponitur cōiter oībus imitāda. q̄ dici
tur. Qui pōt capere capiat. ergo sic vi-
uere spectat ad perfectionē euāgelicā.
Item Luce. ix. Nihil tuleritis in via:
neq̄ virgam: neq̄ peram: neq̄ panem:
neq̄ pecuniam. Glo. Virgā non ferre
est non esse sollicitū de his q̄ necessaria
sunt humane sustentationi: quia hec de
bentur predicatoribus. Si ergo exclu-
dere sollicitudinē de necessaria susten-
tatiōe dn̄s persuasit aplis quos etiam
ad predicandum inter infideles misit.
multo forti⁹ cū predicatur euangeliū
fidelibus perfectiōis est de huiusmodi
non esse sollicitū: sed victu et vestitu si-
bi dato esse contentū. Item Luce. ix.
Quicūq̄ susceperit puerū in noīe meo
Interli. pauperem. Et alia glo. Qui
imitatorem christi recipit: christū reci-
pit. Ergo cū suscipitur pauper imitās
christū: suscipit̄ christus. Si ergo per-
fectionis euangelice est esse pauperem
et christi imitatorē. perfectionis euan-
gelice est in tali paupere pro christo su-
scipi. Qui ergo hoc mendicādo petit
a perfectione euangelica non recedit.
Item Luce. x. Nolite portare saccu-
lum neq̄ peram. Glo. Tanta debet pre
dicatori esse fiducia in deo: vt presen-
tis vite sumptus. etsi nō preuideat: sibi
tamen non defecturos certissime sciat.
ne dum occupatur mens ad tempora-
lia: minus predicet eterna. Ad expedi-
tiorem igitur predicationē veritatis fa
cit ꝙ quis tēporalia nō preuideat sibi:
sed expectet sibi ab alijs dari cū neces-
se habuerit. ergo talis mod⁹ viuēdi cō-
sonat veritati ⁊ euangelice perfectioni
Item Luce. xvj. Facite vobis amicos
de māmona iniquitatis: vt cum defe-
ceritis recipiant vos in eterna taberna
cula. Glo. Nō quoslibet pauperes: sed
eos qui possunt in eterna tabernacula
recipere: sed tales sunt pauperes spiri-
tu: q̄x est regnū celorū. ergo ꝑm diuinū
ꝯsiliū ē ꝙ elemosyne talib⁹ paupib⁹ dēt
et ꝙ ab eis suscipiant̄: sed q̄d diuio ꝯsi-
lio ꝯsonat: pfectiōi euāgelice non repu-
gnat. ergo ⁊c. Item Hierony. aduersus
vigilantiū tractās p̄missū verbū dicit.
Non isti paupes: inter quorū sordes et
illuuiē corporis flagrās libido dn̄atur
pn̄t habere eterna tabernacula. q̄ nec
p̄sentia possidēt nec futura? Nō enim
simpliciter paupes: sed paupes spiritu
beati appellant̄. De quib⁹ sc̄ptum est.
Beat⁹ q̄ intelligit sup egenū ⁊ pauperē
in die mala liberabit eū dn̄s. In vulgi

pauperibus ſuſtentandis nequaꝗ̃ intellectu: ſed elemoſyna opus eſt. in ſanctis pauperib⁹ beatitudinis intelligentia: vt ei tribuat qui erubeſcit accipere et dū acceperit dolet: metēs carnalia: et ſeminās ſpūalia. hec Diero. Itē. ij. ad Corinth. viij. Veſtra abundātia illorum inopiā ſuppleat: vt ⁊ illoꝝ abundātia veſtre inopie ſit ſupplementū. Glo. Veſtra abundātia terrenorū ſuppleat illorū iopiā: vt ecōuerſo abūdātia illoꝝ ſpiritualium qui diuinis vacant veſtre ſit inopie ſupplemētū. Si ergo hoc ſpectat ad pfectionē dñici corporis ꝙ mēbra ſibi cōmunicent ratiōe dari ⁊ accepti: ad perfectionē eccleſie ⁊ euangelij facit ꝙ pauperes iuſti ſuſtentationem petant et accipiant a diuitib⁹ mundanis et impfectis. Si dicas ꝙ poſſūt accipere ſed nō petere: hoc nihil eſt: quia diuites mūdani poſſunt petere orationes viroꝝ ſpūalium ad releuandū inopiam meritoꝝ ſuorum: ergo verſa vice poſſūt pauperes ſpūales petere elemoſynam corporalē ad ſuſtentationē corporum. Item hocipſum oſtenditur exemplo chriſti. pſ. Ego autem mendic⁹ ſum ⁊ pauper. Glo. Hoc dicit chriſtus de ſe. Ego mendicus ſum in forma ſerui. Mendicus eſt qui ab alio petit. pauper eſt qui ſibi non ſufficit. Sed cōſtat ꝙ hoc non intelligit̃ de chriſto quantū ad dona ſiue bona ſpiritualia: quia cōprehenſor et omnis gratie plenus erat. ergo intelligit̃ ꝗ̃tum ad dona tēporalia: igitur ꝗ̃tum ad illa mendicus erat et ab alio petebat. Item Pſalm̃. Perſecutus eſt hominem inopem ⁊ mendicum. Glo. ſcilꝫ chriſtū. Pauperes perſequi ſūa ſeuitia eſt. Alij vero ꝓ diuitijs et honoribus interdum huiuſmodi patiunt̃. Aut ergo dicitur chriſt⁹ mendicus: quia mendicabat a patre: aut qꝛ mendicabat ab homine. Si quia mendicabat a patre: ergo omnes homines ſunt mendici: tam diuites ꝗ̃ pauperes ergo ſic chriſtum perſequi non fuiſſet ſumma ſeuicia. Si quia mēdicabat ab hominibus habemus propoſitum. Itē Marci. xj. Circūſpectis omnibus exijt in bethaniam. Glo. Si quis eum hoſpitio ſuſciperet: tante enim paupertatis fuit: et ita nulli adulatus: vt in tanta vrbe nullum hoſpitium inueniret. ⁊ conſtat ſi voluiſſet hoſpitiū conducere inueniſſet ad conducēdum. ergo circumſpiciebat tanꝗ̃ paupercul⁹ et mendic⁹ Item Luce. xix. Zachee feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Glo. Non inuitatus inuitat: ſed inuitare aliū ad hoc ꝙ eum recipiat hoſpitio nihil aliud eſt ꝗ̃ mendicare et petere: ergo ⁊c̃. Item Johānis. iiij. Da mihi bibere. Auguſtin⁹ in ori. homel̃. xv. ſuper Johan. In omni re quam chriſtus geſſit: vt homo hominib⁹ in ſe credituris prebebat exemplū Et poſt. Petit bibere ⁊ ꝓmittit bibere eget quaſi acceptur⁹: ⁊ promittit quaſi ſatiaturus. Sed conſtat ꝙ potu ſpūali non egebat: ergo corporali potu egebat et illum poſtulabat: ſed obijcies Glo. Quaſi contrariā: ꝗ dicit. Licet Jeſus poſt fatigationē ſitire poſſet: tñ hūc potum non exigit: ſed hoc intelligit̃ ꝙ pncipaliter hunc potū nō petebat: ne glo. facto cōtradicat. Itē Diero ad ruſticum. Quid ſamaritana vilius. ipſa tamen nō ſolum credit meſſiam quem cognoſcit ad fōtem: ſed et diſcipulis emētibus eſurientem reficit: laſſumqꝫ ſuſtētat. ergo videt̃ ꝙ chriſtus ab illa fuerit ſuſtentatus corporaliter. Itē ſicut euāgelica narrat hyſtoria: chriſtus inuitatus a phariſeis comedebat cum eis: aut ergo ſicut dominus: aut ſicut pauper. Si tanꝗ̃ domin⁹: ergo non dedit exemplum paupertatis. Si tanꝗ̃ pauper: ſed hoc eſt mendicare. ergo ⁊c̃. Item ad hoc eſt exemplum ſanctorum Hebreorum. xj. dicitur in laude ſanctorum. Circūierunt in melotis/in pellibus caprini/egentes ⁊c̃. Sed taliter circumire eſt mendicare. ergo ⁊c̃. Itē exemplum de Helia. iij. Regum. xvij. De quo Auguſtinus in quodam ſermone. Nunquid de⁹ defecerat ſeruum ſuum heliā? Nonne illo cui deerāt hoīes miniſtrabāt aues? Oſtēdit ergo deus: quia vnde voluit et qñ voluit paſcere

ſeruos ſuos potuit. ⁊ tamē vt poſſet eū religioſa vidua paſcere fecit eū egere. Itē ad hoc eſt exemplū diſcipulorum iohannis euāgeliſte. de quib⁹ in ei⁹ legenda dicit̄. ꝙ vendentes oīa que habere potuerūt: dederunt egenis: ⁊ poſt ſubditur ꝙ tentati ſunt ꝙ ſe in vno pallio viderent egentes: ſeruos autē ſuos diuites atꝗ fulgentes. Itē exemplum diſcipulorū pauli. vnde Criſo. de laudibus pauli. Paulus pecunias nō poſſedit. nam ipſe hoc teſtat̄. Uſꝗ ad hanc inquit horā ⁊ eſurim⁹ et ſitim⁹ ⁊ nudi ſum⁹: ⁊ colaphis cedimur et inſtabiles ſumus. et q̄d dico pecuniā: cū ille q̄dē neceſſarium ſepe nō haberet cibū: nec quod circūdaret indumentū. Et ſequitur. Diſcipulorū ꝗ̄plurimi pauperes imperiti: ac totius eruditiōis extranei in fame et egeſtate viuentes: ignobiles ⁊c̄. ergo diſcipuli pauli fuerūt mēdici. Item ad hoc exemplū de beato benedicto: de quo legit̄ in. ij. dialogorū: ꝙ per trienniū fuit in ſpecu: nihil oīno opans ſed roman⁹ quidā monach⁹ ſibi panem miniſtrabat. ⁊ cōſtat ꝙ bn̄dict⁹ in hoc non peccabat. Itē exemplū de ſancto alexio q̄ fuit vir mire ſanctitatis. in cuius legenda legit̄: ꝙ cū eſſet fili⁹ ditiſſimi romani: cōtēpto pr̄imonio iuit mendicando per mundū. Itē exemplū de ſancto dn̄ico qui in morte ſua imp̄cat⁹ eſt omnib⁹ maledictionē qui in ordinē ſuū poſſeſſiōes conarent̄ inducere. ergo volebat ꝙ d̄ elemoſynis viuerēt: iux̄ qd̄ ipſe vixit. Itē ad hoc eſt exemplum de beato franciſco: qui nō ſolū mēdicauit ⁊ mēdicare cōſuluit: ſed etiā mendicationē ſuā miraculis ꝯfirmauit: ſicut patuit in nautis: quos ciborū ſuorū reliquijs ſatiauit: et ſatiatos liberauit: et per regulam quā a ſummo pōtifice approbatam cōfirmari fecit. in qua dicit ꝙ fratres in pauptate et hūilitate deo famulātes: vadāt pro elemoſyna confidenter ⁊c̄. Itē Grego. in mora. ſup illō Noctes laborioſas enūeraui mihi. Electi conditori rerū ſeruiūt: ⁊ ſepe rerum inopia coanguſtant̄ per amorē deo inherent: et tn̄ ſubſidijs preſentis vite egēt. Egere ergo ſubſidijs p̄ſentis vite competit ſanctorū pfectioni. Itē Hiero. in epl'a. xlj. ad quendā virum hoſpitalem Multus a te p inſulas dalmacie ſāctorum numerus ſuſtentat̄: ſed meli⁹ faceres ſi et ipſe ſanct⁹ inter ſanctos viueres. Ergo melius eſt de elemoſynis viuere ꝗ̄ elemoſinas dare. Item hoc ipm̄ oſtendit̄ rōne. Qualis eſt habit⁹ talis eſt et actus. ſed oīmo pauperis ſm̄ ꝙ pauper actus eſt egere ⁊ mēdicare. ergo ſi eſſe pauperē bonum eſt: mēdicare ꝓ chriſto laudabile eſt et pfectū. Item mendicare nō prohibetur lege nature: nec lege ſcp̄ture: nec lege gr̄e: ſed qd̄ nō eſt prohibitū: per obedientiā impoſitū efficitur laudabile et meritoriū. maxime ſi ſit difficile ⁊ oneroſum. ergo ſi aliqui ex profeſſione habeant mendicare: cum hoc ex obedictia faciāt: erit in eis laudabile et perfectū. Itē eccl'ia imponit in penā ſatiſfactiōis mēdicationem temporalē vel etiam perpetuā: ſed hoc nō imponeret niſi eſſet ſatiſfactoriū: ſed qui ad opus ſatiſfactoriū voluntarie ſe aſtringit pfecte agit. ergo qui pro chriſto ſemper deuouit mēdicare hic agit perfecte et laudabiliter. Item cōtēpt⁹ ſui eſt perfectionis: ⁊ maior cōtempt⁹ maioris pfectiōis: ſed qui ꝓ chriſto mēdicat maxime ſeipm̄ contēnit ⁊ abijcit ergo talis pfectiſſime agit. Item plus placet deo pauptas volūtaria: ꝗ̄ inuoluntaria. ergo ⁊ mēdicatio ex illa paupertate procedens magis eſt deo placida: ſed p̄ma pōt eſſe laudabilis ⁊ meritoria. ergo multo magis ſecūda. Item qui ſeruit alicui dn̄o meretur ſuſtētari ab illo: ſed qui oībus abrenūciat ⁊ cōſilia iplet maximo dn̄o ſeruit. ergo talis maxime meretur a dn̄o ſuſtētari. ergo ⁊ a ſeruis dn̄i. Si ergo pauper volūtarius eſt: hoc ipſo ꝙ talis ſi elemoſinā petit iuſte petit. Itē qui dat maiora poteſt recipere minora: ſed paup orās impendit miam ſpūalem. ergo multo fortius poteſt recipere elemoſinā corpalē. Item predicans ex auctoritate poteſt recipe ſumptus p̄catiue: ergo p̄dicans ex ſubauctoritate ⁊ commiſſiōe ſeu de-

mandatione petere pōt ſupplicanter. Item qui ſeruit alteri iuſte ſuſtētatur ab illo. ergo qui vniuerſali eccľie deſeruiūt iuſte ſuſtentanť ab vniuerſali mūdo. ergo ſi qui ſunt qui ƀbo ⁊ exemplo per mundū diſcurrendo deſeruiūt populo chriſtiano: merito ſuſtentationem petere pñt ab ipſo. Item ſi licet recipe maius: multo forti⁹ licet recipere min⁹ ſed pauperibus religioſis q̄ proprijs renūciauerūt licet recipere ampliſſimas poſſeſſiones. ergo multo forti⁹ licet recipere diurnas ſuſtentatões. Alioquin mōſtruoſum videtur dicere ꝙ liceat recipere centū marcas auri: ⁊ non liceat recipere centum fruſta panis. Si dicas ꝙ licet accipere: ſed nō licet petere. hoc nihil prorſus eſt: qꝛ petere ordinať ad accipere: et propter illud eſt. et ſicut plus eſt dare q̄ꝫ promittere. ſic plus eſt recipere q̄ꝫ petere. Sed conſtans eſt ꝙ quicquid licet dare licet promittere. ꝰ quicquid licet accipere licet petere. Item ſi amicus petit ab amico ſuo donum cōtra nullā legem agit: nec iſte petendo: nec ille dando: nec iſte rurſus accipiendo: ſed lex charitatis et amoris diuini eſt magis cōmunicatiua q̄ꝫ lex ſocialis: ergo ſi quis petat ſibi aliquid dari amore dei in nullo offendit. nec in aliquo a perfectione recedit. Itē indubitanter licet petere aliquid in cui⁹ donatione potior ſit cōditio dantis. Sed qui dat aliquid pro deo feneratur dño et tēporale cōmutat ꝓ eterno: ⁊ ad op⁹ virtutis nobiliſſime ſe exercet. ſ. pietatꝭ ergo ſi hec oīa eueniūt ei ratione poſtulantis: paupꝫ qui elemoſynā petit potiſſime facit ſm̄ legē charitatis. ergo a perfectiōe in nullo recedit. Reſponſio. Ad predictorū intelligentiā eſt notandū ꝙ tripľr cōtingit mendicare. ¶ Et prim⁹ modus eſt ex neceſſitate nature et hic mod⁹ eſt. cū q̄s mēdicat non ſolū qꝛ pauper: verūetiā qꝛ hꝫ infirmitatem vel debilitatem: vel vtrūqꝫ. hic aūt modus miſerabilis eſt ⁊ tolerabilis: ⁊ per patientiā bonā fit meritori⁹ ⁊ laudabilis. ſicut legiť Luce. xvj. de lazaro. Qꝛ erat quidā mendicus noīe lazarus qui iacebat ad ianuā diuitis vlceribus plenus. Et poſt ſubdiť: ꝙ mortu⁹ eſt mendicus. et platus eſt ab angelis in ſinum abrae. De diuite aūt diciť ꝙ ſepultus eſt in inferno. Ex quo colligiť ꝙ mēdicitas etiā ex neceſſitate veniens: occaſio ductiua eſt in viā ſalutis eterne. iuxͣ qd̄ dicit Grego. ꝙ mala que nos hic pͣmunt ad deum ire cōpellunt. ¶ Secūdus modus mendicādi eſt ex viciositate culpe: et hic eſt cū quis mēdicat: vel pro ocio fouendo: vel ꝓ lucro cumulando: vel vtroqꝫ modo. Et hic inq̄ꝫ mod⁹ vituperabilis eſt in omnib⁹ taliter mendicantibus. de quibus dicit Ambro. in lib. de offi. Petitiōis cauſa veniūt validi: nullam cauſam niſi vacandi habentes. ⁊ volūt ſubſidia euacuare paupeꝝ: exinanire ſumptū: nec exiguo contenti maiora querunt. ambitu veſtiū captantes petitionis ſuffragiū: ⁊ nataliū ſimulatione licitātes incremēta queſtuum. Licet autē in omnib⁹ merito debeat reprehendi: rep̄hendendus eſt tñ̄ potiſſime in eis qui habēt ſpeciē pietatis ⁊ ſāctitatis. De quib⁹ dicit Auguſt. in lib. de opere monachorū. Nullo modo decet vt in ea vita vbi ſenatores fiunt laborioſi: ibi fiant opifices ocioſi. et quo veniant derelictis diuitijs ſuis qui fuerunt prediorū dñi: ibi fiant ruſtici delicati. Et poſt ad reprehendendū eorum ocium et queſtū ſubiūgit. Callidiſſim⁹ hoſtis tamē multos hypocritas ſub habitu monachorum vſqꝫquaqꝫ diſperſit: circūeuntes prouincias: nuſq̄ꝫ miſſos: nuſq̄ꝫ fixos: nuſq̄ꝫ ſtantes: nuſq̄ꝫ ſedentes. alij membra martyrū ſi tamē martyrum ſibi vendicant. Alij fimbrias et phylateria ſua magnificāt. Alij parētes ſuos vel ꝯſanguīeos: illa vel illa regione ſe audiſſe viuere ⁊ ad eos pergere mentiunť: et oēs petunt: oēs exigunt: aut ſumpt⁹ lucroſe egeſtatis: aut ſimulate preciū ſanctitatis. Contra tales multū inuehit beat⁹ Auguſtin⁹ in lib. de opere monachorū ꝓ eo ꝙ pigritiam non tñ̄ in ſeipſis mendicādo fouebant: iterū etiam predicando alijs ſuadebant: male intelligentes euangelium

vbi videtur inſinuare ꝙ nō ſit ab hominibus ſicut nec ab auib⁹ laborandū: et peius exponentes apl'm: vbi perſuadet fratribus operari: dicentes eſſe intelligendū illud de labore ſpirituali et non corporali. Et quia in hoc ſeipſos decipiebant et alios: ideo reprehendit eos Auguſtin⁹: ꝛ multipliciter oſtēdit contrarium per totū librum de opere monachorum: q̄ totus eſt cōtra illos q̄ approbant hunc ꝑm mendicandi modum. Unde in talib⁹ dicit. Qui tanq̄ cōſeruatricē euangelij predicātes erant pigritiam: tanq̄ preuaricatricē accuſantes miſericordiā. Utinā iſti qui vacare volunt manib⁹ omnino vacarent et linguis: neq̄ enī tam multos ad imitationem inuitarēt ſi eis etiam nō tm̄ pigra: verūetiam muta ꝓponerent. Nunc autem cōtra apl'm chriſti recitant euangeliū chriſti. Ita enim mirabilia ſunt opera pigrorū vt impedire velint euangelium. ¶ Tertius autē modus mendicandi eſt ex ſupererogatiōe iuſticie. et hoc eſt cū quis mēdicat pro chriſto imitando: vel pro chriſto euangelizando: vel vtroq̄ modo. Pro chriſto inq̄ imitando q̄tum ad contēptum ſui: affectum proximi: et cultū dei. Nam in his tribus potiſſime debem⁹ xp̄m imitari. Quod quidē facit qui voluntarie mēdicat pro noīe chriſti: vt ſeip̄m vilificet et humiliet. vt proximū ſuū edificet et prouocet ad pietatē. et vt vacet deo libera mente depoſita omni ſeculi ſollicitudine. Et de talib⁹ Auguſtin⁹ in quodam ſermone quadrageſimali. In iſto tempore quantū cōmendat deus opera miſericordie: ipſos ſanctos ſuos egere fecit: vt cum fuerint facti amici dei de māmona iniquitatis recipiant ꝛ ipſi amicos ſuos in eterna tabernacula: id eſt cum ſerui dei pij dū iugiter deo vacant: aliquotiens indigent. illi q̄ habēt mundi diuitias elemoſynas largiūtur et quomodo illos participes faciūt in terrena ſubſtantia: ſic cū illis partē habere merebunt̄ in vita eterna. Ex quo apparet ꝙ talis mēdicatio laudabilis eſt: que fit pro chriſto imitādo. Similiter ꝛ ea que fit pro chriſto euangelizando: quia viam prebet euāgelio rōne ei⁹ quod predicatur: quia predicam⁹ mundi contēptum: qd̄ efficatius ſuadetur verbo et exemplo: q̄ ſolo verbo. A pluribus predicatur ſi predicantes viuūt de euāgelio: q̄ ſi cōpellerent̄ viuere de ſumptu aut labore proprio. A plurib⁹ etiam efficaci⁹ ſuſcipientib⁹ documenta: largiunt̄ beneficia ſuſtentātia. Hoc eſt qd̄ dicit Iohan. Criſoſt. ſup matth. home. xxxij. Manifeſtū quoniam diſcipulos ab eis quibus predicabant cibari oportebat. vt neq̄ ipſi magna ſapiāt aduerſus eos qui docebant: vt omnia prebentes ꝛ nihil accipiētes ab eis: nec illi rurſus abſcindant̄ deſpecti ab eis. Deinde vt nō dicant mendicantes. igitur iubes nos viuere et verecūdentur. In hoc monſtrat hoc debitum exiſtere: et operatores eos vocans: ꝛ qd̄ datur mercedem nominās. Ne enī quia in ſermonibus eſt operatio exiſtimetis paruum beneficiū quod eſt a nobis. Etenī labores habet hic multos: et quicq̄d dederint qui docentur: nō largientes prebent: ſed retributionē reddentes. Quādo igitur quis mēdicat pro chriſto imitando et euangelizando ꝑm formā preſcriptam: non ſolū non peccat: verumetiam implet perfectam iuſticiam. Primum: quia multū debetur ſuſtentatio pauperi iuſto imitanti. Secundo: quia magis debetur tanq̄ pauperi euangelico chriſtū euangelizāti. Tertio: quia maxime debetur pauperi grato debitū pro grā humiliter accipienti ꝛ humiliter ſupplicanti. quippe cum ſit liber ex omnib⁹ facit ſe omniū ſeruum. Et hoc eſt qd̄ dicit Auguſtin⁹ ſuper illud pſ. Producēs fenū iumētis ꝛc̄. Producens inquit fenum: id eſt tēporalia. iumentis: id eſt predicatorib⁹ vt de euangelio viuant qui euangeliū annunciāt. et herbā. i. tp̄alia ſeruituti hominū. id eſt p̄dicatorib⁹ ſeruis hominū pro xp̄o. Unde apl'us. Cū eſſem liber ex oīb⁹ omniū me ſeruū feci. Que ſeruitus eſt ex charitate: q̄ facit humiles q̄ pro xp̄o ſerui hominū fiunt: vtilitati fratrū at-

tendentes. Hec ſunt iumenta quibus debetur herba vt merces: q̄r ſeruiunt. De quib⁹ dicitur. Non alligabis os bouis triturantis. Et dignus eſt operari⁹ mercede ſua. Debent̄ enī p̄dicatoribus temporalia: quia largiunt̄ ſpiritualia. Unde apoſtol⁹. Si ſeminauim⁹ vobis ſpūalia nō magnū eſt ſi veſtra carnalia metam⁹. Pro quib⁹ dicitur. Beatus q̄ p̄occupat vocem petituri. i. qui intelligit ſuper egenū et pauperē. Non enim ita debes agere boui trituranti vt mendico tranſeunti. Illi enī. i. mēdico das quod legitur: omni petēti da. huic etiā non petenti dare debes. Unde ergo ne ſic indigeat miles chriſti: vt petat te iudicet: i. dānabilē oſtendat: Sicut enim dicitur de illo qui te requirit: da omni petenti. ſic de eo p̄dicatore quē tu q̄rere debes dicit̄. Deſudet elemoſyna in manu tua: donec inuenias iuſtum cui des. Omni petenti ergo quicūq̄ ſit da agnoſcens in eo cui des: ſed multomagis da ſuo dei: militi chriſti: etiā nō petenti. ¶ Ex his igitur manifeſte apparet q̄ in chriſti predicatore et euangelizatore mendicare nō eſt vitij nec culpe ſed magis p̄fectionis euāgelice. Unde rationes et auctoritates et exēpla cōcedenda ſunt que ad hanc partē inducuntur. Nā ſi quis impugnare et improbare velit omnē mendicandi modū in ſeruis chriſti: impugnare videt̄ non tm̄ ordinem pauperum: verūetiam ipm̄ ſummum pōtificem: qui approbauit hunc viuendi modū. Nec etiam tm̄ ipm̄: verūetiam hunc magnū cetum ſanctorū qui mendicauerūt. videlicet franciſcū: dominicū: alexiū: benedictū: et ipm̄ cuneum apoſtoloꝝ ꝛ prophetarū. necnon et ipm̄ dn̄m ieſum xp̄m: quē ſcriptura non veretur dicere pauperem ꝛ mendicum. Cum maiora de ipſo dicat et ſentiat fides noſtra: ſcꝫ q̄ pro nobis nō tm̄ pauper ꝛ mendic⁹ fuit p̄pter nr̄m exēplum: ſed etiam nudat⁹ ꝛ vilificat⁹ vſq̄ ad abiectionis gen⁹ extremū: vt exemplum daret perfecte contēnendū mundum. ¶ Poſtremo ſup hec om̄ia mala ſubuerti videt̄ vniuerſus eccl̄ie ſtatus. Si enim illicitum eſt p̄ elemoſynarum acceptionē pauperib⁹ xp̄i accipere vite ſuſtentamentū. multo forti⁹ illicitū eſt accipere amplitudinē ꝛ multitudinem poſſeſſionū ꝛ magnorū reddituū. Quis enī ita abſurdus eſt qui dicat licere alicui accipere talentū auri: et nō fruſtum panis. Quid ſi hoc verū eſt: cum vniuerſarum eccl̄iarum poſſeſſiones tam in religioſis p̄prietatē habentibus: q̄ȝ in clericis ſecularibus habeāntur per acceptionē elemoſynarū voluntarie et gratis datarū. Uidebit̄ ex hoc ſubuerti ſtatus vniuerſaꝝ eccl̄iarum ſi elemoſynas accipere vel de elemoſynis viuere: ſeu in parua quātitate: ſeu ī magna illicitū iudicetur: niſi forte quis dicat q̄ licitū eſt accipere: ſed non eſt licitum petere. Sed hoc mirū videtur q̄ aliquis poſſit in illud q̄ maius eſt ꝛ nō poſſit in illud qđ minus eſt. Q̄ aliquod mōaſteriū poſſit recipere marchas auri in redditib⁹ ab aliquo p̄ncipe: et vnū pauperculū non poſſe ſue indigentie releuationē ſuppliciter implorare. Q̄ aliquis poſſit ex amicitia petere ab amico. et chriſtian⁹ non poſſit ex charitate petere a chriſtiano. Et q̄ aliquis poſſit petere aliqua expediētia ad alicui⁹ diuitis monaſterij ſecuritatē ꝛ abundantiam: et pauper volūtari⁹ non poſſit petere vite ſuſtentamentū. Et q̄ aliquis ſcholaris poſſit licite mēdicare p̄ amore p̄ficiendi in cognitione ſcientie q̄ inflat. vt tandē perueniat ad temporales diuitias: et pauper religioſus nō petere pro amore p̄ficiendi in charitate et humilitate q̄ edificat. vt tandē perueniat ad vitā eternā: et cetera cōſimilia que valde videntur abſurda. Si ergo hec omnia: non parua ſed magna incōueniētia ſunt: tenendū eſt q̄ liceat pauperibus ſuſtentari de elemoſynis aliorum ſaltem ſm̄ tertiū mēdicādi modū ſuperius explicatū. ¶ Ad illud qđ primo obijcit̄ in contrariū q̄ nō eſt inopia timentibus deū. Dicendum q̄ duplex eſt inopia: ſcꝫ corporalis et ſpiritualis. Uerbum autem illud intelligit̄ de inopia non quacūq̄: ſed ſpūali. Et q̄ illud

ſit verũ apparet per illud qđ immedia-
te ſequit. Diuites eguerũt ⁊ eſurierũt.
cõſtat ꝙ illud non intelligit de egeſta-
te diuitiarũ materialiũ. Reſtat igitur
ꝙ de inopia ſpũalium que licet ſit i di-
uitibus:non tñ eſt in timẽtib⁹ deũ:qꝛ ti
moꝛ eſt initiũ ſapiẽtie:de qua dꝛ Sap.
viij. Venerunt mihi oĩa bona pariter
cũ illa.⁊c. ¶ Ad illđ qđ obijcit de pſa.
Non vidi iuſtũ derelictum. Dicẽdum
ꝙ duplex eſt panis:ſcꝫ coꝛpoꝛalis ⁊ ſpi
ritualis. Verbũ aũt illud non intelligi
tur de pane coꝛpoꝛali/ſꝫ de pane ſpũa-
li. Et ꝙ illđ ſit verum apparet per glo.
ibidem. Nec ſemen ei⁹ querẽs panem
ſpũalem.i.indigere pane ꝟbi dei:qꝛ ver
bum dei ſemper cũ eo eſt. Poteſt etiã
littera ſic cõſtrui vt intelligatur. Non
vidi iuſtũ derelictũ:nec ſemen ei⁹ que-
rens panem vidi derelictũ:qꝛ ſm qđ dꝛ
ad Heb. vlt. ſup illud. Non te deſeram
neqꝫ derelinquã. glo. Derelinqueretur
ille q fame periret. Vult ğ dicere pꝛo-
pheta ꝙ nec iuſtum nec ſemen eius vi-
dit fame moꝛtuũ. et hoc a paupertate
non reuocat/ſꝫ poti⁹ inuitat. ¶ Ad il-
lud qđ obijcit ꝙ mẽdicatio eſt malum
qđ impꝛecat pſalm̃. in ſpũ dei loquens.
Dicẽdum ꝙ eſt mẽdicatio volũtaria/
et mendicatio coacta/que eſt cũ mur-
mure ⁊ impatiẽtia. Pꝛima eſt merito-
ria:ſecũda eſt demeritoꝛia ⁊ afflictiua.
Et pſalm̃. intelligit de ſcđa/non de pꝛi
ma. Et ꝙ illud ſit veꝝ apparet p textũ:
qꝛ dicit. Nutãtes transferãtur ⁊ eijciã
tur:et hec oĩa in coactiõem et violẽtiã
ſonare videtur. ¶ Ad illud qđ obijcit
de eccl'iaſtico. Fili in vita tua ne indi-
geas. Dicẽdum eſt ꝙ iuxta diſtinctio-
nem pꝛehabitam verbũ illud intelligẽ-
dum eſt de indigentia ſpũali reſpectu
gratie/non de tẽpoꝛali reſpectu ſuſten
tationis nature. Et ꝙ ſit verũ apparet
per glo. Ne indigeas (inquit glo.) virtu
tibus vel bonis moꝛib⁹. ¶ Ad illud qđ
obijcit ꝙ beati⁹ eſt magis dare ꝙ̃ acci
pere. Dicendum ꝙ illud eſt veꝝ quãdo
acceptio elemoſyne venit ex neceſſita-
te nature/non aũt qñ venit ex ſuperoꝛ-
gatione iuſticie:iuxta diſtinctiõem fa-
ctam in pꝛincipali ſolutione. Et ꝙ illđ
ſit verũ apparet per illđ qđ dꝛ in lib. de
eccl'iaſticis dogmatib⁹. Bonum eſt fa
cultates cũ diſpẽſatiõe pauperib⁹ ero-
gare:meli⁹ eſt ꝓ intẽtiõe ſequẽdi dñm
inſimul donare ⁊ abſolutũ ſollicitudi-
ne cũ xpo egere. Hoc ipm dicit Aug.
in lib. de bono ꝯiug. ſicut in pꝛecedenti
queſtione allegatũ fuit. ¶ Ad illđ qđ
obijcit de glo. Lu. xij. ꝙ oĩb⁹ pꝛo deo
ſpꝛetis debent laboꝛe manuum opera-
ri. Dicẽdum ꝙ illđ eſt cõſiliũ quãtum
ad pꝛimũ qđ dꝛ: vẽdite que poſſidetis.
quãtũ ad ſcđm aũt eſt ſolũ de bene eſſe
cõſilij qđ non aſtringit etiã viros perfe
ctos illos potiſſime q pñt circa maio-
ra bona occupari. Et ꝙ illud ſit verũ
apparet p eãdem glo. cũ ſubdit. Vnde
viuatis vel elemoſinas faciatꝭ. Certũ
eſt em̃ ꝙ illi q oĩa ſimul ꝓ deo dederũt
ad vlterioꝛes elemoſinas faciẽdas mi-
nime aſtringãtur. Et ideo illa glo. non
exprimit qđ eſt de eſſentia et ſubſtãtia
conſilij/ſed magis ſm bene eſſe:ſm ſta
tum et cõditionem aliquaꝝ perſonarũ
que magis ſunt idonee ad manualiter
operandum ꝙ̃ ad aliqđ magis arduũ
faciendũ. Nam ſi aliter diceret ꝙ illđ
eſſet de eſſentia pfectionis cõſilij/tunc
nulli illud cõſiliũ impleuiſſent niſi qui
operati fuerũt manualiter: ac per hoc
apl'i alij a Paulo et Barnaba: et alij
plurimi ſctoꝝ perfectiſſimoꝝ quos nõ
legim⁹ fuiſſe manualiter operatos non
iudicarem⁹ fuiſſe pfectos. Verum eſt
vtriqꝫ ꝙ perfectioni euãgelice cõſonat
operatio manualis/ſi tñ non impediat
maioꝛa bona. Vnde glo. ſup illđ. vado
piſcari. Sciẽdũ eſt nõ fuiſſe ꝓhibitos
arte ſua licita victũ querere apoſtola-
tus integritate ſeruata: cũ vñ viuerẽt
non haberẽt. et ſic illis laboꝛãtib⁹ adij-
cit deus neceſſaria que pꝛomiſit. Sed
ꝙ hic laboꝛ cõpetat non occupatis cir
ca maioꝛa manifeſtum eſt: qꝛ tũc apl'i
pꝛedicatiõi minime vacabãt. vñ Chꝛi.
Venit ſymon piſcari:qꝛ neqꝫ xp̃s conti
nue cum eis erat: neqꝫ ſpũs dat⁹ erat:
neqꝫ quid cõmiſſum erat tunc: neqꝫ q̃đ
habẽtes agere tũc artem tractarunt.

et ex hoc nõ habetur ꝙ ꝑfecti teneant operari manualiter/niſi forte cũ nõ habẽt ſpũalem et meliorẽ exercitatiõem. Preterea eſto ꝙ vbi ꝑfect⁹ teneret manib⁹ ſuis operari: ex hoc tñ nõ põt inferri qn ꝓ ſui hũiliatiõe ⁊ alioꝝ edificatione poſſet elemoſinas humiliter petere ꝓ loco ⁊ tpe. ¶ Ad illud qđ obijcit de glo. j. Theſſa. iiij. ꝙ nullaten⁹ aliqd deſiderãdũ nec petẽdũ: dicẽdũ ꝙ dupliciter põt quis petere ab aliquo: vel ꝓpter deſideriũ aliene rei: vel ꝓpter deſideriũ aliene ſalutis. Primũ ꝓhibet apl'us tãꝙ malũ et ĩ lege ꝓhibitũ: qua dicit. Non cõcupiſces rem ꝓximi tui. Scđm aũt non ꝓhibet: qꝛ lex charitatis hoc non ꝓhibet/ꝗ mutuis hꝫ bñficijs cõfoueri: et onus alteri⁹ facit ab altero ſupportari. Quid em̃ tã abſurdũ eſt ꝙ̃ vt credamus Apl'm denegaſſe ꝙ nulli⁹ ab altero petat: nec beneficiũ: nec auxiliũ: nec ſolatiũ et pietatis ⁊ charitatis ſine. Et ꝙ illđ ſit veꝝ apparet per illud qđ dicit Apl's ad Philip. vlti. de ſeipſo regratiãs eis de bñficio collato. Non q̃ro datũ/ſꝫ reqro fructũ abũdãtem in rõne vr̃a. Scđm em̃ qđ exponit Aug. xiij. cõfeſſio. Datũ querit ꝗ delectatur precipue ĩ re accepta: fructũ requirit ꝗ delectat in ſalute aliena. Hec eſt ꝟboꝝ Aug. ſnĩa: licet ꝟba ſint mutata. ¶ Ad illđ qđ obijcit de glo. j. Theſſa. v. ꝙ egeſtas facit a iuſticia declinare: dicẽdũ ꝙ ſicut diuitie nõ ſunt ĩ culpa ſꝫ cupiditas diuitiaꝝ: ſic egeſtas in culpa nõ eſt/ſed impatiẽtia egeſtatis: quã ꝗ hꝫ a iuſticia declinat/dũ fugiendo egeſtatem vadit poſt pecuniã: quã qui ſequit de facili declinat a iuſticia. Qui em̃ volũt diuites fieri incidũt ĩ tẽtationes ⁊ in laqueos diaboli ⁊ deſideria multa et nociua. Et ſicut talis egeſtas eſt mala: ſic et mendicatio ex tali egeſtate ꝓueniẽs eſt culpãda. Cũ aũt plus placet penuria ꝙ̃ abũdãtia/et homo ꝓpter amorẽ paupertatis cõtẽnit abũdãtiã terrenitatis: talis non habet occaſiõem declinãdi pro tali egeſtate a iuſticia. et talis eſt paupertas ⁊ mendicatio ꝗ ſpectat ad ꝑfectiõem euãgelicam. Et ꝙ iſta reſponſio ſit recta pꝫ per ipſam glo. in qua đr ꝙ egeſtas dum ſaturari cupit declinat a iuſticia. Egenus eſt ꝗ cupit ſaturari. Eſt egen⁹ qui nõ amat paupertatẽ ſꝫ ſaturitatẽ: non penuriã ſed abũdãtiã. Et talis non eſt pauper euãgelic⁹ aut celeſtis ꝗ mendicat ex ſuperogatiõe iuſticie/ſed poti⁹ cupid⁹ et terreſtris ꝗ mẽdicat ex vicioſitate culpe ſm pri⁹ habitã reſpõſionẽ. ¶ Ad illud qđ obijcit de glo. ij. Theſſa. iij. ꝙ vult apl's ſeruos dei corporaliter operari. ⁊c. dicẽdũ ꝙ illđ velle: aut non eſt velle precepti ſed admonitiõis: aut ſi eſt velle precepti nõ ſe extẽdit ad oẽs ſed ad eos ꝗ nolũt egere. Ad illos tm̃ ſe extẽdit ꝗ non pñt maiora agere. Et ex hoc nõ colligit ꝙ pauperũ vita ſit mala ꝗ mãducãt ⁊ manib⁹ ſuis non operãtur: ſꝫ meliorib⁹ et ſalubrioribus exercitijs occupãtur. Et ꝙ iſtđ ſit veꝝ manifeſtũ eſt. Nam ſi ꝟbũ illud/ꝗ non vult operari non mãducet: ſimpliciter eſſet preceptũ/tunc oẽs eſſent in malo ſtatu ꝗ manib⁹ proprijs victũ ſuũ non querũt cũ pñt: et hoc eſſet dãnare totũ mũdũ. Qꝛ iteꝝ nõ ſe extẽdit ad pauperes volũtarios et ꝑfectos/hoc apparet ex ipa glo. que dicit. vt nõ cõpellantur egeſtate neceſſaria petere. Tales enim non mẽdicãt ſicut egeſtate cõpulſi: ſꝫ ſicut amore ꝑfectionis inducti. Poſtremo ꝙ non ſe extẽdat niſi ad eos qui nõ ſũt circa maiora occupati/apparet ex ipſo tex. ij. Theſſa. iij. Audiuim⁹ quoſdam inter vos ambulare inquiete nihil operãtes ſꝫ curioſe agẽtes. his aũt qui eiuſmodi ſunt denũciam⁹: vt cũ ſilẽtio operãtes panem ſuũ manducẽt. Et ꝙ iſtđ ſit veꝝ pꝫ per Amb. ꝗ ſup illđ Luce. ix. Dimitte mortuos ſepelire mortuos, dicit ſic. Docet dñs minora bona ꝓ vtilitate maioꝝ eſſe pretermittẽda. Mai⁹ eſt em̃ aĩas mortuoꝝ predicãdo ſuſcitare/ꝙ̃ corp⁹ mortuũ in terra abſcõdere. Unde et apl'i dicebãt Act. vj. Non eſt equũ nos dereliquere ꝟbũ dei et miniſtrare menſis. Apparet etiã per Hierony. ꝗ in ꝓlogo Job dicit ſic. Si fiſcellã iunco texerẽ, aut palmaꝝ folia

cōplicarem vt i ſudore vult⁹ mei come
derem panē meū/et vētris op⁹ ſollicita
mente ꝑtractarē: null⁹ morderet/null⁹
reprehēderet. Nūc aūt q: iuxta ſniam
ſaluatoris volo operari cibū qui nō pe
rit: ꝛ antiquā diuinoꝝ voluminum viā
ſentib⁹ virgultiſq; purgare error mihi
gemin⁹ infligit: corrector ſcriptoꝝ falſa
rius vocor: et errores nō auferre ſ; ſere
re. Hoc etiā apparet p beatū Augu. in
lib. de opere monachoꝝ. vbi dicit ꝙ illi
q̄ habebāt in hoc ſeculo aliq̄d quo faci
le ſine opificio ſuſtentarēt vitā iſtā: qđ
conuerſi ad dñm indigētib⁹ diſpartiti
ſunt: ꝙ tales ad opa manualia nō tenē
tur vel cogūtur/nec ad querēdū victū
ꝓpriū. Et rōnem poſtea reddit inferi⁹
q: illi q̄ pauperes ſuſtētauerūt/de ele
moſinis paupeꝝ ſuſtētari debēt ꝛ pñt.
Ait eñ ſic. Oim chriſtianoꝝ vna reſpu
blica eſt: ꝛ ideo q̄ſq̄s xp̄ianus videlicet
neceſſaria erogauerit/vbiq; etiam ipſe
qđ ſibi neceſſariū eſt accipit: q: ꝛ vbiq;
ipſe talib⁹ dedit/quis niſi xp̄s accipit?
Si ꝗ ſm Amb. maiora bona ꝓpter mi
nora nō ſunt pretermittēda. et ſm Hie
ro. maiora ſunt bona predicatiōis ꝛ in
ſtructionis q̄ꝫ manualis operationis.
et ſm Aug. ad hm̄oi opera nō aſtringū
tur q̄ fuerūt diuites delicati: manife
ſte apparet ꝙ intēti predicationi ꝛ ope
ribus mīſ ſpūalis ad hm̄oi opera non
ſunt aſtricti: ſed debēt ꝛ pñt de elemoſi
nis ſuſtētari. Et hoc eſt qđ Aug. i eod.
lib. ante hec v̄ba premittit: ꝙ hm̄oi po
teſtatē habēt ſi euāgeliſte ſunt: ſi mini
ſtri altar;: ſi diſpēſatores ſacramētoꝝ.
ſi eñ corporalia opa faciēdo meretur
q̄s ſuū ſuſtētamētū: multo forti⁹ ſpūa
lia opa impēdēdo/q̄ corporalib⁹ operi
bus merito preferūt. Fateor igit ꝙ ve
rum eſt ꝙ ſi q̄s adeo eſſet potens ꝛ ſpū
et carne ꝙ poſſet corporaliter operari:
et nihilomin⁹ pro loco ꝛ tēpore ſpūali
bus vacare exercitijs ꝛ eccl'iaſtice vti
litati: ꝙ hoc agēdo pfecti⁹ faceret. S;
q̄s ad hoc plene idone⁹: cū multo labo
re ſudatū ſit vt veritas cognoſcat: et co
gnita diligat: et cognita ꝛ dilecta alijs
ꝓponat. Ad hoc eñ neceſſaria eſt cōti
nuitas lectionis ꝛ orationis ꝛ medita
tiōis: q̄b⁹ qui vult ſollicite intēdere/pa
rū pōt occupari circa corpalē laborē.
Laudād⁹ eſt igit et ſuadēd⁹ labor cor
poralis: ſic tñ vt nō ipediat feruor ora
tionis: nec fruct⁹ predicatiōis: nec ob
ſeruātia regular;. ¶ Ad id qđ obijcit
de glo. ꝙ ad alienā mēſam accedēs ne
ceſſe h; adulari: dicendū ꝙ glo. ſemet
ipam exponit in hoc ꝙ dicit/ocio dedi
tus: i quo inſinuat ꝙ ille q̄ alienā mēſā
q̄rit et mēdicat ꝓ ocioſitate fouēda, il
le ꝓn⁹ eſt ad blādiēdū. Et q̄d miꝝ ſi il
le q̄ diligit ociū et fouet ventrē ſuū/in
v̄bū prorūpit adulatoriū? S; ex hoc nō
dānat pauper euangeliſta q̄ ad alienā
mēſā cōuenit ꝓpt euāgelizādū et imi
tandū xp̄m. Nā ſi tales hoc ipo ꝙ pau
peres et alienā mēſam accedētes eēnt
adulatores: tūc cū xp̄s ap̄los miſit ad
euāgeliū p̄dicādū et ad viuēdū de ſū
ptib⁹ aliene mēſe, poti⁹ feciſſet tūc apo
ſtolos ſuos adulatores q̄ꝫ v̄os p̄dicato
res. Ipe eñ xp̄s fuiſſet adulator pma
xim⁹ q̄ freq̄nr inuitabat et comedebat
i domib⁹ phariſeoꝝ. Vñ ſi recte intelli
gim⁹ adulatiōis vitiū poti⁹ eſt annexū
diuitib⁹ mūdanis q̄ꝫ paupib⁹ euāgeli
cis ꝛ volūtarijs. vñ Chriſ. ome. iiij. ſup
Mat. loq̄ns de diuitib⁹ dicit ſic. Adu
lari neceſſe eſt multos ꝛ pricipes ꝛ ſub
iectos ꝛ multis indigere ꝛ turpiter ſer
uire ꝛ formidare et ſuſpicari: et timere
eoꝝ q̄ ſuſpicant oclos: et tiere calūnia
toꝝ ora ꝛ alioꝝ ꝛ auaroꝝ ꝯcupiſcētias.
S; nō paupertas eſt aliq̄d tale ſed ꝯtrariū
vniuerſum. Regio eſt non furib⁹ ſubie
cta ſ; munita: port⁹ trāquill⁹: paleſtra
ꝛ gymnaſium phie. Audite q̄cūq; hoꝝ
paupes eſtis: mag; aūt et q̄cūq; ditari
cōcupiſcitis: nō pauperē eſſe malū eſt
ſ; nō velle pauperē eſſe: et neq; malum
exiſtima eſſe paupertatē et nō erit tibi
malū. Et paulopoſt. Nō eñ mihi eos
q̄ accuſant paupertatē afferas/ſ; eos
qui per eam fulſerūt. Cū hac Helyas
educatus rapt⁹ eſt illa beata rapina:
cum hac Helyſeus claruit: cū hac Io
hānes: cum hac ap̄li oēs. Cū auaricia
vero Achab. Iezabel. Giezi. Iudas.

Nero. Cayphas cōdēnati ſunt. ¶ Ad illō qō obijcit de decreto vrbani: dicēdum q triplex eſt defect⁹ in allegatione illi⁹ decreti. Primū⁹: qꝛ decretū illō eſt ad epōs qui debēt paſcere mēdicātes/ nō ad illos q egēt. Vñ ſicut illa lex Deut. xv. Non erit oīno indigēs ⁊ mēdicus inter vos. non eſt data cōtra mēdicitatē pauperū/ ſʒ contra tenacitatē diuitū: qō ptʒ ꝑ hoc qō eodē capitulo ſubiūgit. Nō deerūt pauperes ī terra habitationis tue: idcirco precipio tibi vt aperias manū tuā fratri tuo egeno et pauperi. Sic ⁊ hic lex dat epis abūdantib⁹ ad ſuſtētatiōem paupeꝝ clericoꝝ: et coꝝ potiſſime q non egēt volūtarie ſʒ cōpulſi: ne ꝑpter indigētiam efficiantur circa diuinū obſequiū indeuoti. Scōs defectus eſt q decretū illud inducit ad ꝓbādū q clerici non debēt habere ꝓpriū: ſicut apparet ī ſi. ca. vbi dicit. Hiis oīb⁹ claret q clericis nullo modo licet ꝓprium habere: q ſi habuerint non clerici erūt. Vñ per illō decretum non precludit via pauperib⁹ qui nihil volūt habere ꝓpriū ſʒ poti⁹ aperitur. Terti⁹ defect⁹ eſt: qꝛ ſicut habere ꝓprietatem in cōi cōprobatū et approbatum eſt auctoritate ſummi pōtificis ſcʒ vrbani: ſic mod⁹ viuēdi in altiſſima paupertate auctoritate ſummi pōtificis approbat⁹ eſt: ſicut ptʒ de excel. prela. nimis praua. ⁊c. Vñ decretū Vrbani pape preiudicare non potuit auctoritati Innocentij Honorij et Gregorij q iſtū modū approbauerūt tam ī iure cōi qꝫ in priuatis priuilegijs: qꝛ nō habet imperiū par in parem: et cōſtitutio prior nō preiudicat poſteriori: nec cōe priuato: nec lex cōis priuilegio/ ſed potius ecōuerſo. Nec ex hoc pōt argui inſtabilitas ſeu contradictio inter rectores eccl'ie: qꝛ ſtatuta mutari pñt et debēt ꝓ loco ⁊ tēpore. Sicut ptʒ in ſtatuto de gradib⁹ parētele ⁊ alijs plurimis que iuſte a principio ſtatuta fuerūt: et nihilominꝰ alia non minꝰ iuſte introducta ſunt. ¶ Ad illud qō obijcit de cōſecratione eccl'ie: dicēdum q et ī illi⁹ decreti allegatiōe tripliciter defect⁹ eſt. Primo qꝛ ſtatutū illō de cōſecratione eccl'ie non dotate factum eſt ī alleuiatione epoꝝ. Scōo ī dilatatione diuini cult⁹. Et tertio in ſolationem clericoꝝ miniſtrātiū/ q nolūt ſe aſtringere volūtarie ad paupertatꝫ votū. Hoꝝ aūt cōtrariū in ꝓpoſito inuenit. Nam minus grauant et epi ⁊ eccl'ia de religioſis viuētib⁹ de elemoſinis qꝫ ſi eis ꝓuideret in bñficijs ⁊ pbēdis. Scōo qꝛ cult⁹ dei nō augmētaret ſʒ poti⁹ diminueret ſi hic mod⁹ viuēdi de medio tolleretur. Tertio qꝛ tales paupes volūtarij libētius deo ſeruiūt mēdicādo qꝫ etiā deo ſeruirēt ꝓ magno bñficio: et magꝫ ſunt cōtēti puulis elemoſinis qꝫ magnis bñficijs ⁊ prebēdis. ¶ Ad illō qō obijcit de lege ⁊ de mēdicātib⁹ validis: dicendum q ſiſr triplex defect⁹ eſt ī illi⁹ legꝫ allegatione. Primū⁹: qꝛ lex illa introducta fuit cōtra quoſdā q tpe famis pauperū elemoſinas vſurpabāt ſimulātes inertiā. Scōs: qꝛ illi tales oneroſi erāt et nullā vtilitatē reipublice afferebāt. Tertius: qꝛ tales qui laborare poterāt ⁊ tūc nihil occupati erāt ⁊ abūdare volebāt ꝓni erāt ad maleficia ⁊ rapinas: et ideo iuſto iudicio rector reipublice tales a mendicatione arcebat/ et pena grauiſſima puniebat. Sec⁹ aūt eſt oīno ī paupculis religioſis/ in qb⁹ nec ſimulatio inertie: nec amor ocij: nec periculū rapine: ac ꝑ hoc nec dānū eccl'ie/ ſed poti⁹ amor virtutis pfecte reperit. ideo nō arcent lege hūana/ ſʒ poti⁹ predicātur et cmēdāt lege diuina. ¶ Ad illō qō obijcitur q mēdicare eſt indifferens: dicēdū q mēdicare qꝫtū eſt de ſe nō eſt pfectiōis niſi pſuppoſita vl'i abrenūciatione oīm: q quidē eſt ſm diuinū conſiliū in q dñs expſſit adoleſcēti q ſi illō īpleret hoc ipo ad pfectiōis cumulum pueniret. Ait eñ. Si vis pfectus eſſe vade ⁊ vēde oīa. nec addidit: trade mihi vt ī loculos meos ponā et ſint oīa cōia. ſʒ poti⁹: da paupib⁹. nec ſubiūxit. Vade ad lucrandū victū tuū ꝑ laborē manuū: ſʒ poti⁹/ veni ſeqre me. In quo ſm glo. exponit intelligitur vocatio ad cōtēplādū ſeu ad xp̄m imitādū et euā-

gelizādum. ¶ Ad illđ qđ obijcit̄ ꝙ per
fectiōis eſt liberaliter ſeruire ⁊ obliga
tiōes refugere: dicēdū ꝙ eſt obligatio
veniēs ex reatu culpe ⁊ ex affectu cha
ritatis ꝑfecte. Pria obligatio eſt vitā:
da: ſꝫ ſcđa eſt acceptāda. Juxta qđ dr
Roma. xiij. Nemini q̄cq̄ debeatis niſi
vt inuicem diligatis. Laudat eñ dñs
amicitiā ſpūaliū viroꝝ q̄ fit de māmo
na iniq̄tatis. ⁊ ad corporis xpi myſtici
ꝑfectiōem ſpectat ꝙ mēbra ſibijnuicē
cōicēt ſm rōnem dati ⁊ accepti: vt mu
tua diligentia viciſſim poſſit impleri.
¶ Ad illud qđ obijcit̄ ꝙ q̄ mēdicāt ex
ꝓfeſſiōe/ aut hoc faciūt q: pauperes/
aut q: ꝑdicātes: dicendū ꝙ hoc faciūt
q: paupes xpi imitatores ⁊ euāgeliza
tores: q: eñ xpm imitant̄ ꝑ obſeruātiā
diſcipline regularis in qua vacāt diui
nis laudibꝰ/ oratiōibꝰ/ vigilijs/ et alijs
regularibꝰ diſciplinis/ et deū colūt/ et
hoſtem impugnāt: et ea q̄ ſunt infirma
et non munita in caſtris eccl'ie ꝓtegūt
et defenſant. Rurſus q̄ vbū ṽitatis an
nunciāt ſilr deū laudāt: et hoſtē impu
gnāt: et audiētes edificāt et informāt:
et ideo cū hec opa eoꝝ ſint eccl'ie valde
vtilia et ꝑneceſſaria nulli dubiū eſt q̄n
mereātur ſuſtētatiōem ſuā: et ideo nō
illicite faciūt ſi hāc hūiliter ⁊ ſupplici
ter petūt. Sicut eñ oculꝰ vidēdo ope
rationē facit manui ꝑneceſſariā: ita ꝙ
manꝰ ocl'o nō pōt imperare nec dicere:
opa tua nō indigeo: q̄nimo vtilis ⁊ toti
corꝑi eiꝰ opatio: et ſic meret̄ ſuſtētari.
ſicut manꝰ et pes et mēbra alia que ſūt
exꝑoſita labori: ſic ⁊ de iſtis mēbris ec
cl'ie nō abſurde dꝫ et pōt intelligi ſi q̄s
pio ocl'o velit iſtoꝝ ocl'oꝝ operā et vigi
lantiā intueri. ¶ Ad illđ qđ obijcit̄ ꝙ
tales ſunt Giezi imitatores: q: ſpūalia
ꝓ tꝑalibꝰ miniſtrāt. Ad hoc ſatis ſuffi
ciēter rūdet glo. ſup illđ. j. Coꝛ. ix. Di
ſpēſatio mihi credita eſt. Non debemꝰ
ideo euāgelizare vt māducemꝰ/ ſꝫ ideo
māducare vt euāgelizemꝰ: vt cibꝰ non
ſit bonū qđ appetitur/ ſꝫ neceſſariū qđ
adijcit̄: vt illud impleat̄. Primū q̄rite
regnū dei ⁊ iuſticiā eiꝰ: et hec oīa adij
cient̄ vobis. Vñ ſi finē conſtitueret q̄s
in re tꝑali p̄dicādo vbū dei/ abſq; du
bio hic ꝑuerſus eſſet: q: de via faceret
finē/ et eſſet ſilius giezi ⁊ balaā: q̄ merce
dem iniq̄tatis amauit/ et alijs pſeudo
ꝓphetis q̄ in mercede docebāt et ī mu
neribꝰ diuinabāt. Si aūt ſuſtētatiōem
querūt ſicut viā ordinatā ad euāgeliū
ꝑdicādū/ tūc recte icedūt ⁊ apl'os imi
tant̄: nec a ṽitatis tramite ī quoq; rece
dūt. Vñ ſup illđ Lu. x. Edētes ⁊ bibē
tes q̄ apđ illos ſūt: dignꝰ eſt eī operariꝰ
mercede ſua. glo. Nota ꝙ vni opi p̄di
catoꝝ due mercedes debēt̄. vna in via
q̄ nos ī labore ſuſtētat. alia ī pr̄ia q̄ nos
in reſurrectione remunerat. ¶ Ad illđ
qđ obijcit̄ ꝙ ꝑfectoꝝ eſt abſtinere a ſpe
mala: dicēdum eſt ꝙ illa ſpēs eſt mala
dū hō rōnabil'r pōt ſuſpicari malū cir
cūſtātijs oībꝰ pēſatis q̄ occurrūt. ſed ſi
q̄s recte attēdat hmōi ſic ꝑdicātes nō
hn̄t ſpēm pſeudo ꝑdicatoꝝ. Nam pſeu
do ꝑdicatores dicūt̄ ꝑ oppoſitū ad ve
ros ꝑdicatores. Veri aūt ꝑdicatores
dicūt̄ q̄ꝛ ꝑdicatio hꝫ auctoritatē/ veri
tatē/ et vtilitatē. Falſi ſunt q̄ hn̄t hoꝝ
ꝯr̄ia: vel ſimpl'r/ vel ī pte. Sꝫ ſi recte ve
limꝰ attēdere modernoꝝ ordinū ꝑdica
tores/ hec tria hn̄t ī ſe. auctoritatē q̄dē
q: miſſi ſunt a ſūmo pōtifice ⁊ alijs pla
tis q̄ ſunt dñi meſſis. veritatē ſicut ptꝫ
q: fidē et mores p̄dicauerūt ſm legē
euāgelij. vtilitatē: q: multos de ſtatu
culpe vocauerūt ad ſtatū pnīe: et ideo
ſpēm hn̄t ⁊ ſilitudinē maiorē incōpabi
liter ſi q̄s pio attēderet ocl'o ad ꝑdica
tores vos q̄ꝫ ad pſeudo: lꝫ ī tāto nūero
vix poſſit eſſe q̄n aliq̄ cū iuda diligant
loculos et exorbitent ab itinere recto.
Si eñ dñs hoc non cōceſſit. xij. apl'is
q̄s pſonal'r elegit ꝙ vl'r eſſent boni: q̄d
mirū ſi hoc non cōcedit cōgregationibꝰ
dulciter ſunt corda refecti. Non enim
maria Jeſum frequenter habuit ſola.
Sed etiam a martha poſt predicatio-
nem hilariter et gaudenter receptus
fuit. Ego ergo in domino confidens: et
de diuina clementia tam multipliciter
probata et exemplariter oſtenſa preſu-
mens. dulciſſimum Jeſum aliquando
querā cum maria matre in templo: a-
liquando cum ſponſa in cubiculo. ali-
quando cum diſcipulis in conſiſtorio.
aliquando cum regibus in diuerſorio.

## ¶ Quinta ſolēnitas de preſentatione pueri Jeſu in templum.

Quinto et vltimo cōſideret
fidelis anima qualiter natꝰ
paruulꝰ per diuerſorū ope-
rum conſummationē:ꝛ no-
minatꝰ per celeſtiū dulce-
dinum degustationē. ꝛ queſitꝰ ꝛ inuen-
tus:adoratꝰ ꝛ honoratꝰ:ꝑ ſpūaliū mu-
nerū ꝑſtationē in templū ſit preſenta-

dus dño offerend⁹. ⁊ hoc ꝑ debitarum
gr̃aꝝ deuotã ⁊ hũilẽ actionem. Igitur
poſtq̃ felix aĩa mat̃ ieſu ſpũalis ꝑ iſti⁹
bñdicti filij ꝯceptionẽ purgata ꝑ peni-
tentiã. poſtq̃ aliq̃lr iam poſt natiuita-
tem ꝯfortata ꝑ gr̃az. poſtq̃ etiã eſt iam
ꝑ impoſitiõem bñdicti nõis ꝯſolata me
dullit⁹, ⁊ tandẽ in adoratiõe cũ regib⁹
eſt informata diuinit⁹. q̃d aliud reſtat:
niſi vt in celi ſcti hierl'm portet̃: ⁊ in tẽ-
plum diuinitatis pñtet̃ de⁹: dei ⁊ ṽgis
filius. Aſcende igit̃ ſpũalis maria: nõ
iam in mõtana: ſed ĩ celeſtis hierl'm ha-
bitacula btẽ trinitatis ⁊ indiuidue vni-
tatis. Flecte hũil'r mẽtis genua in ſup-
ne ciuitat(is) palacia. Ibi ante thronum
eternitatis deo pr̃i filiũ tuum repſenta
laudando, gl'ificando / ⁊ bñdicendo pa-
trem ⁊ filiũ cum ſancto ſpũ. Lauda cũ
iubilo deũ pr̃em: per cui⁹ inſpiratiõem
bonũ ꝓpoſitum ꝯcepiſti. Gl'ifica cum
gaudio deũ filiũ: ꝑ cui⁹ informationẽ
ꝯceptũ propoſitũ opꝑe perfeciſti. Bene-
dic ⁊ ſctifica ſctm̃ ſpm̃: ꝑ cui⁹ ꝯſolatio-
nem in bono exercitio hacten⁹ ꝑſtitiſti.
O aĩa deũ pr̃em in oĩbus donis ſuis et
bonis tuis gl'ifica: q̃ ipſe eſt q̃ te de ſe-
culo per occultã inſpiratiõem euoca-
uit dicens. Reuertere reuertere ſuna-
mitis: reuertere reuertere. Deũ filium
tuũ in oĩb⁹ factis tuis magnifica. Ipſe
eñi eſt qui te de demõis ſeruitio per ſe-
cretã ſuã informationẽ liberauit dicẽs.
*Tolle iugũ meũ ſuper te.* Iugũ demo-
nis abijce. Iugũ ſuum amariſſimũ: iu-
gum meũ ſuauiſſimũ. Iugũ ſuum ſeq̃t̃
cruciat⁹ etern⁹ ⁊ tormẽta. iugũ meum
ſequit̃ fruct⁹ ſuauiſſim⁹ ⁊ req̃es opulẽ-
ta. Iugũ ſuum ſi q̃n dulcedinẽ exhibet:
falſa eſt ⁊ momẽtanea .ſ. dulcedo. iugũ
meũ q̃n dulcedinẽ ꝯfert ⁊ leticiã ṽa eſt
et ſalutifera. Ipſe ſuos ſeruitores mo-
dicũ aliq̃n extollit vt in eternũ ꝯfũdat.
Qui aũt honorificat me ſic ad momẽ-
tum hũiliat̃: vt eternaľr gl'ıcet̃ ⁊ regnet.
Iſta fuit doctrĩa qua te dei fili⁹ aliq̃n
per ſe: aliq̃n ꝑ ſuos doctores ⁊ amicos
reformauit. a demonis falſa ꝑſuaſione:
a carnis et mũdi blãda deceptiõe libe-
rauit. Deũ ⁊ ſpm̃ ſctm̃ ſemꝑ benedic et

ſanctifica: qui te per ſuã conſolationem
melliffuã in bono ꝯfortauit dicẽs. Ve-
nite ad me oẽs qui laboratis ⁊ onerati
eſtis. et ego reficiã vos. Qualr̃ enim o
aĩa tenera ⁊ delicata: fragil' ⁊ infirma:
delicijs mundi aſſueta: gaudijs hui⁹ ſe-
culi tanq̃ fecib⁹ vinarijs more porcoꝝ
inebriata. q̃lr potuiſſes inter tot ⁊ tãta
antiq̃ hoſtis retia. ĩter tot falſa conſilia
inter tam varia impedimẽta. inter tam
innũerabilia amicoꝝ ꝯſanguĩeoꝝ, ⁊ alio-
rum propinquoꝝ a via moꝝ vulneran-
tium iacula in bono ꝑſtitiſſe. q̃lter po-
tuiſſes tot funib⁹ pctõꝝ circũamplexa
in bono ꝓfeciſſe: ſi nõ ſpũſſancti gratia
fuiſſes miſericorditer adiuta ⁊ ſepius
dulciter cõſolata et refecta. In ipſum
igitur refunde oĩa opa tua: tibi nihil re-
tine. Dic cũ pura ⁊ deuota mẽtis inten-
tione. Oĩa opa mea operat⁹ es domĩe.
in cõſpectu tuo nihil ſum: nihil poſſum
de tuo munere eſt q̃ ſubſiſto. ſine te ni-
hil agere poſſum. Tibi clemẽtiſſime pr̃
miarum q̃d tuum eſt offero. tibi ꝯmen-
do: tibi ꝯmitto me indignã ⁊ ingratam
oĩbus donis tuis per te mihi collatis
humiliter recognoſco. Tibi laus: tibi
gloria: tibi gr̃arum actio: o beatiſſime
pater maieſtas eterna: q̃ me per tuã in-
finitã potentiã de nihilo creaſti: te lau-
do: te glorifico: tibi gr̃as ago. o beatiſſi-
me fili: claritas paterna. q̃ me per tuã
eternam ſapiẽtiã de morte eterna libe-
raſti. te benedico: te ſãctifico: te adoro:
o beatiſſime ſpũs alme. q̃ me per tuam
benedictam pietatẽ et clemẽtiã de pec-
cato ad gr̃am. de ſeculo ad vitã religio-
ſam: de exilio ad pr̃iam. de labore ad re-
quiem: de merore ad iocundiſſime ⁊ de-
lectoſiſſime beate fruitionis dulcedinẽ
reuocaſti. Quam dulcedinem nobis
dulcis Ieſus concedat. Qui cum pa-
tre et ſpiritu ſancto ⁊c̃.

finis

¶ Explicit Tractatus dñi ſan-
cti Bonauenture de quinq̃ feſti-
uitatibus pueri Ieſu.

## ¶ Sanctus Bonauentura ad dn̄am Blankam reginā hyſpanie: de regimine aīe.

PRimū oīm neceſſe habes anima mea altiſſime/piiſſime/ſanctiſſime/de optimo deo ſentire. Videlicet certa fide credēdo: attēta mēte cōſiderādo: perſpicaci rōnis intuitu cū ammiratione perſpiciendo.

¶ Altiſſime quidē de optimo deo ſentis ſi cūcta de nihilo creātis ⁊ ſupportantis immēſam potētiam: gubernantis ⁊ ordinantis infinitam ſapientiam: iudicātis ⁊ retribuentis indeterminatam iuſticiam. Fideli pio et perſpicaci contuitu: et credis/et ammiraris/et perſpicis: et extra te exiens: et intra te ingrediēs: et ſupra te trāſcēdēs: vt illō veraciter decātes. Exultauerunt filie iude ꝓpter iudicia tua dn̄e: quoniam tu dn̄s altiſſim⁹ ſuper oēm terram/nimis exaltatus es ſuper oēs deos ⁊c̄.

¶ Piiſſime de optīo deo ſentis ſi eiuſdem mīam ammiraris/amplexaris/et benedicis: vt ſumme benignā in noſtre humanitatis et mortalitatis aſſūptione: viſceroſam in crucis et mortis perpeſſione: liberalem in ſpūſſancti donatione/et ſacramētoꝝ inſtitutione: cum ſeipm̄ cōmunicet liberaliſſime in ſacramēto altaris: quaten⁹ illud pſal. ex aīo cantes. Suauis dn̄s vniuerſis: et miſerationes ei⁹ ſuper oīa opera eius. ⁊c̄.

¶ Sanctiſſime de optimo deo ſentis: ſi eiuſdem inexplicabilem ſanctitatem aduertis/miraris/et laudas: atq; illi cum ſanctis ſeraphin: ſanctus/ſanct⁹/ſanctus ꝓclamas. Sāctus primo hoc eſt in ſeipſo ſanctitatem: ita ſumme ac puriſſime habēs vt impoſſibile ſit ipm̄ aliquid niſi ſanctum velle vel approbare. Sanct⁹ ſecūdo hoc eſt ſanctitatem ita perfecte in aliis diligēs vt impoſſibile ſit ipm̄ vere ſanctitatem ſeruātib⁹ aut gratie dona ſubtrahere/aut glorie premia denegare. Sāct⁹ et tertio hoc eſt ita ſeuere oppoſitū ſanctitatis abhorrens vt impoſſibile ſit ipm̄ peccata niſi abhorrere/aut reprobare/aut impunita relinquere. Qꝫ ſi ſic ſenſeris/cū legiſlatore cātabis. De⁹ fidelis ⁊ abſq; vlla iniquitate iuſtus et rectus.

¶ Poſt hoc oculos tue mētis ad dei legem conuertere/que te iubet exhibere: ſcilȝ altiſſimo cor hūile: piiſſimo cor deuotum: ſanctiſſimo cor illibatum.

¶ Cor inq̄ȝ humile debes exhibere altiſſimo per reuerentiam in animo: per obedientiam in facto: per honorificentiam in ꝟbo ⁊ ſigno: quatenus ꝑm apoſtolicam regulam ⁊ doctrinam omnia in gloriam dei facias.

¶ Cor aūt deuotum exhibere debes piiſſimo per interpellationem feruentium precum: per deguſtatiōem ſpūalium ſuauitatum: per actionem multiplicium gratiaꝝ: vt aīa tua iugiter per deſertum aſcēdat in deum ſicut virgula fumi ex aromatib⁹ myrrhe ⁊ thuriſ.

¶ Cor vero illibatum exhibere debes ſanctiſſimo ſpōſo: vt null⁹ in te regnet: nec ſenſu: nec conſenſu: nec affectu corporee voluptatis applauſus: null⁹ terrene malignitatis affectus: quatenus omī excluſa macula peccati poſſis cū ps. cātare. Fiat cor meū immaculatū in iuſtificatiōib⁹ tuis vt non cōfūdar.

¶ Attende ergo diligēter ⁊ vide ſi hec oīa a iuuētute ſeruaſti. Qꝫ ſi hec in cōſcientia reppereris/non tibi hoc attribuas: ſȝ dono dei/illiq; gratias agas. Qꝫ ſi te inuenis ſemel aut pluries ī horum aliquo vel plurib⁹: vel forte in oībus aut grauiter aut leuiter deliquiſſe: ſiue per infirmitatem: ſiue per ignorantiam: ſiue ex certa ſciētia inenarrabilibus gemitib⁹ ſtudeas reconciliari deo. Et ad exhibēdam emendā illi ſpiritum virtutis aſſume: vt poſſis cū penitente veraciter cantare ac pſallere. Q̄m ego in flagella parat⁹ ſum: et dolor meus in conſpectu meo ſemper.

¶ Debet aūt dolor animi duos habere comites: vt ſit purgatiuꝰ aīe: et placidus dei: ſcilꝫ timorem diuini iudicij: ardorē interni deſiderij: vt recuperes timēdo cor humile: deſiderādo cor deuotum: dolendo cor illibatum.

¶ Time igit̄ diuina iudicia/ que ſunt abyſſus multa. Time inqꝫ vehemēter: ne forte q̄ꝙꝫ ſi aliqualiter penitens adhuc diſpliceas. vehementius: ne poſt hoc deum offendas. vehementiſſime: ne finaliter a deo diſcedas: ſemper carens lumine: ſemper ardens igne: nūqꝫ carens verme/ niſi per veram penitentiam in gratia finali decedas: vt ſic cū ꝓpheta decantes. Confige timore tuo carnes meas a iudicijs eīm tuis timui.

¶ Dole quoqꝫ et ſatage propter cōmiſſa peccata. Dole inqꝫ vehementer: propter annichilationem oīs boni diuinitus tibi dati. vehemētius: propter impugnationem chriſti pro te nati et pro te cruci affixi. vehemētiſſime propter vilipenſionem dei. Cuius tranſgrediēdo leges tu inhonoraſti maieſtatē: denegaſti veritatem: offēdiſti bonitatem. Totūqꝫ vniuerſum debilitaſti/ deformaſti/ deordinaſti: dum diuinis aduerſando ſtatutis imperijs ꝛ iudicijs om̄ibus tibi ſeruientibus propter deum. Abuſa es naturis/ ſcripturꝫ/ iuſticijs/ miſericordijs donis gratuitis/ et premijs repromiſſis: quibus diligēter cōſideratis luctum vnigeniti fac tibi plāctum amarū/ et deduc quaſi torrētem lachrymas per diem ꝛ noctē: non des requiem tibi/ nec ſomnum oculis tuis.

¶ Deſidera nihilominus diuina chariſmata diuini amoris in deum conſcēdens: qui te peccantem tam patienter ſuſtinuit/ tā longanimiter expectauit/ tam miſericorditer ad penitentiam reduxit: tibi concedendo veniam/ infundendo gratiam/ promittēdo coronam. Dum tamen eidem impendas vel potius ab ipſo ſuſcipias/ eiqꝫ rependas ſacrificium cōtribulati ſpiritus: cordiſqꝫ contriti et humiliati per compunctionem amaram/ confeſſionem veridicā/ et ſatiſfactionem condignam. Deſidera inqꝫ vehemēter diuinam complacētiam per largam immiſſiōem ſancti ſpiritus. vehemētius diuinam conformitatem per expreſſam imitationem chriſti crucifixi. vehementiſſime diuinam comprehenſionem per apertam viſionem patris eterni: vt veraciter cū propheta decantes. Sitiuit aīa mea. quādo veniā et apparebo ante faciem dei.

¶ Porro vt hunc ſpiritum vite timoris ꝛ doloris ꝛ ardoris acquiras intriſecus: exerce te foris ad oīmodam modeſtiam/ iuſticiam/ pietatem: quatenꝰ iuxta documētum apoſtoli abnegans impietatem et ſecularia deſideria: ſobrie ꝛ iuſte ꝛ pie viuas in hoc ſeculo.

¶ Exerce itaqꝫ temetipſam ad oīmodam modeſtiam: vt iuxta apl'i doctrinam modeſtia tua nota ſit oībꝰ hoībꝰ.

¶ Ad modeſtiam inqꝫ parſimonie ī victu ꝛ veſtitu/ in ſomno ꝛ vigilia/ in ocio et labore: vt in nullo excedas.

¶ Ad modeſtiam diſcipline per moderamen ſilentij ꝛ loquele: meroris ꝛ gaudij: manſuetudinis ꝛ rigoris: iuxta qꝺ opportunitas exigit ꝛ recta rō dictat.

¶ Ad modeſtiam honeſtatis per gloriationem/ ordinationem/ et cōpoſitionem: ſcilꝫ actuum/ motuum/ geſtuum/ veſtimētorum ſeu habituum/ membrorum ꝛ ſenſuum: iuxta ꝙ moralis honeſtas et regularis obſeruantia id expoſcit: vt merito ſis ex illoꝝ numero quibus apoſtolꝰ dicit. Oīa honeſte et ſ̄m ordinem fiant in vobis.

¶ Exerce te q̄qꝫ ad iuſticiam: vt tibi illud ꝓpheticum poſſit veraciter aptari. Propter veritatem ꝛ manſuetudinem ꝛ iuſticiam ꝛ deducet te. ꝛc̄.

¶ Ad iuſticiā inqꝫ integrā per zelū diuini amoris: per obſeruātiam diuine legis: per deſiderium fraterne ſalutis.

¶ Ad iuſticiam ordinatā per obedientiam ad ſuperiores: per ſocietatem ad pares: per caſtigationē ad inferiores.

¶ Ad iuſticiam perfectam: vt om̄i veritati conſentias: bonitati faueas: malicie aduerſeris: tam mente/ q̄ꝫ verbo/

q̃ opere: nihil agens alij quod tibi nolis fieri: nihil negans alij quod tibi velis impendi: quatenus illorum ſis imitatrix perfecta quib⁹ dicitur. Niſi abūdauerit iuſticia veſtra plus q̃ ſcribarum ⁊ phariſeorum non intrabitis i regnum celorum.

¶ Exerce te tādem ad pietatem: quia vt dicit apoſtolus pietas ad omnia valet promiſſionem habens vite que nūc eſt pariter ⁊ future.

¶ Ad pietatem inq̃ diuini cultus attente et deuote ac reuerēter: ſcȝ horas perſoluēdo canonicas / ac quotidiana confitendo peccata ⁊ deplorādo: ſacratiſſimam pro tēpore euchariſtiam ſumendo: quotidie miſſam audiendo.

¶ Ad pietatem ſaluatiōis animarum nūc adiuuādo per orationum frequētiam: ꝑ ſermonum informationem: per exēploꝝ incitamenta: vt qui audit dicat veni. Hoc tamen ſic ſapienter oportet fieri vt ſalutis proprie diſpendium non incurras.

¶ Ad pietatem releuatiōis corporalium neceſſitatum in ſupportando patienter: in conſolando amicabiliter: in ſubminiſtrādo humiliter / hilariter / et miſericorditer: vt ſic diuinam impleas legem: cum dicat apoſtolus Alter alterius onera portate: et ſic adimplebitis legem chriſti. Ad que omnia proſequēda ſuper oīa credo valere memoriam crucifixi: vt dilectus tuus tanq̃ faſciculus myrrhe inter mentis tue vbera iugiter cōmoretur. Quod ipſe preſtare dignetur qui eſt benedict⁹ in ſecula.

A M E N.

¶ Finis.

## ¶ Epiſtola ſancti Bonauēture ad magiſtrum innominatum: eliminans errorem contra regulam beati Franciſci: dn̄o reſpondēte per ſeruum ſuum ſanctum Bonauenturam.

Innominato magiſtro frater Bonauētura ſpiritū intelligētie v̄itatis. Proponis chariſſime vt tibi tres articuli de regula fratrum minoꝝ abſoluantur: de quib⁹ te oſtēdis plurib⁹ rationib⁹ dubitare: ſcȝ de paupertate: labore manuum: et ſtudio ſcholarium et magiſtroꝝ. Cum enī regula dicat ꝙ fratres nō recipiāt pecuniam per ſe vel per interpoſitā perſonam. et rurſum nec locū/nec aliquā rem ſibi appropriēt/videntur tibi fratres in hoc regule cōtraire: cum tibi videantur pecuniā per interpoſitam perſonā recipere/libros habere ⁊ domos: cum non poſſint harum rerū quas habent dn̄os aſſignare. In labore etiam manuum ſibi iniūcto vt videt̄ ſub precepto/culpabiles tibi videntur: cū nec laici laborēt in operibus mechanicis: nec clerici manu ꝓpria in libris ſcribēdis: quin pot⁹ cum magnis ſumptib⁹ faciūt eos ſcribi: ac ſi apud ſe haberēt nūmiſmatum percuſſores. Poſtremo in ſtudio et magiſterio fratres condēnas: cum regula dicat ꝙ non curēt neſcientes/litteras diſcere. Fratres pleruq̃ tam clerici q̃ magiſtri qui etiam in ſeculo parum aut nihil de philoſophia audierūt: ſtudent/recitāt/ſcriptitant: immo qđ plus eſt laniāt/diſſipāt/ et edificāt. Nec videtur tāte humilitatis ꝓfeſſoribus poſſe cōpetere nomen magiſtri: cū hoc videatur dn̄s in euangelio ſuis diſcipulis inhibere: quorum nos dicimur imitatores tanq̃ profeſſores euangelij ieſu chriſti. Hec vt aſſeris tibi in corde de ſtatu et ſalute fratrum ſcrupulum generant/et tuam cōſciētiam inquietāt. Super hec addis:

aſſertionem quorūdam: q̃ tibi niſi ſunt hanc cōſciētiam de fratribꝰ fabricare. Intende igiť in ea que dicturus ſum: dabit em̄ tibi dn̄s precibꝰ glorioſe virginis ⁊ beati Frācisci rectum in oībus intellectum. Supponis ꝙ regula paupertatem precipit/cōmēdat laborē/vetat curioſitatem. Suppono ⁊ ego deteſtans ob hoc receptiōes pecuniarum/ ꝓprietatem libroꝝ ac donoꝝ. Vitupero et ego/immo nos oēs perſequimur fortiter ⁊ culpamus. In hoc conuenimus: ſed ꝙ fratres tales credis/aut ſi non credis dubitas: in hoc penitus diſſentimus. Nec em̄ hoc credo nec dubito/certum habēs oppoſitum tanꝙ verum. Non qꝛ nullus in ordine talis ſit qui non poſſit culpari in aliquo predictoꝝ: cū nec in .xij. apoſtolis talis perfectio potuerit reperiri: ſed cōmunitatem ſtatus de qua ⁊ tu iniungis defenſandam aſſumpſi. Vide igiť quid ſentire debeas de receptione pecunie. Teſtificor coram deo qm̄ veritatem ſum expreſſurus ſm meam conſciētiam in oībus que ſubiūgam. Non credo te aliquatenus dubitare quin pauperibus quantūcūqꝫ extremam vouerint paupertatem liceat recipere elemoſynam: niſi velint ſe occidere: qď ſi nephas eſt/ licet hoc fratribꝰ: qď nullꝰ ſane mētis ignorat. Non eſt igitur contra eoꝝ profeſſionem ſi quis diues homo hāc eis miniſtrat manu ꝓpria. Qď ſi noluerit pōt eis miniſtrare per manū ſerui ſui. Qď ſi ille ſeruus non poſſit/ſed cōmittat alij: quare non liceat per manū tertiam: non videtur. Quare etiā vſqꝫ ad decimam manum non pōt: non video. Qꝛ ſi diues habens pecuniam dat victū/aut veſtitū fratribꝰ neceſſarium: nōne poteſt ipſe manu ſua emere: nōne poteſt ipe pecuniam pro emptione alij cōmittere: et ſic per multas manus in vſus fratrum expēdere pro releuādis eoꝝ neceſſitatibus ſine offenſione fratrum? Quis ſane mētis hoc dubitat: cum pecunia ita ſit dn̄i cū cōmittitur perſone intermedie ac ſi ipe dn̄s eā manu ꝓpria conſeruaret. Niſi forte quis ita deſipiat vt dicat ꝙ pecunia in manu ſeruiētis poſita trāſeat ī eiꝰ dn̄ium et deſinat eſſe dn̄i: qď penitus abſurdū eſt. Qꝛ ſi dicas ꝙ dn̄s ſimpliciter ⁊ abſolute dare intēdat fratribꝰ: dico ⁊ ego ꝙ nullꝰ ſane mētis dare intēdit fratribus/niſi ꝓut cōpetit regule et ꝓfeſſioni eoꝝ. Quis em̄ daret elemoſinam vt eos faceret perdere vitā eternā? Dat ergo eo modo quo fratribꝰ expedit: ſcꝫ cōmittēdo alicui qui per ſe eam diſpenſet in his rebꝰ quas fratribꝰ licet accipere: et ſic pecunia illa per quorūcūqꝫ manus trāſeat/nullo modo ſpectat ad fratres: qꝛ ſemper eſt primi dn̄i. Et eſt ꝑ hoc manifeſtum ꝙ nec per ſe nec per interpoſitam perſonam eam recipiūt. Fateor coram deo ita eſſe verum in cōſcientijs fratrum. Qꝛ ſi mihi forte non credis: tn̄ ipſi dn̄o pape/qui ī vtroqꝫ iure peritus: ordinis ⁊ perfectionis emulator: qui vt ipſe teſtatur in conditione regule beato Frāciſco aſtitit: et eiꝰ plenum intellectum agnouit. Qui requiſitus a fratribꝰ dicit ꝙ fratres volentibus ſibi elemoſinas facere poſſūt fidelem aliquē preſentare. Qui taliter preſentatus non eſt eoꝝ nūciꝰ/ſed illiꝰ potius cuiꝰ mādato ſolutionem facit: ſeu recipiētis eādem. Hec ſunt ꝟba ipſiꝰ. Quis ita deſipit: vt ſi dicā alicui/iſte fideliter exequetur vel cuſtodiet qď ei cōmittes. ꝙ propter hoc quicquid ille acceperit fiat meum? cum etiam licet hec ꝟba non ſemper exprimātur/ſemper tamen habētur in corde: et ſemper ab alijs credimꝰ ſic accipi. Quis ergo tam improbus vt impugnaret hāc veritatem per tantoꝝ viroꝝ conſciētiam ſanam ⁊ diſcretam: per tantam rei euidētiam: et vt nihil deſit per ſedem apoſtolicam cōfirmatā? Certus ſum ꝙ talis portabit iudiciū. ¶ De libris ⁊ vtēſilibꝰ quid ſentias audi. Clamat regula expreſſe imponēs fratribꝰ officium predicādi; qď non credo in aliqua alia regula reperiri. Si igiť predicare non debent fabulas/ſed ꝟba diuina: et hec ſcire non poſſunt niſi legant: nec legere niſi habeāt ſcripta: planiſſimū eſt ꝙ de

pfectione ſic eſt habere libros ſicut eſt predicare. Et ſicut non obſtat ordinis paupertati habere miſſalia ad cantandum miſſas / et breuiaria ad horas dicendas: ſic non obſtat ⁊ biblias ad verba diuina predicanda. Licet igitur libros habere. Sed nunquid regula ſibi contraria eſt que alibi mādat nihil habere? Abſit hoc vt in ea ſit cōtrarietas aliqua ſicut nec falſitas: cū tota de fōte euangelij ſit extracta: ſicut mihi qui parum noui facile eſſet oſtēdere. Dico ergo ꝙ fratrib⁹ hoꝝ conceſſus eſt vſus ſed vetatur appropriatio. Nam non dicit regl'a. Fratres nihil habeāt / nec aliqua re vtātur quod eſſet inſanum / ſed ꝙ nihil ſibi approprient. Cui igiť hoꝝ ꝓprietas aſſignabitur? Sic reſpōdeo ego ꝙ cuiuſcūq3 ſit / non eſt mea nec ordinis: et hoc mihi ſufficit ad mee conſciētie puritatem. Nec tamen hoībus fugam parare videar: dico harum rerum mobilium gubernatori et ꝓtectori ordinis cardinali poteſtatem et auctoritatem et ꝓuidentiam a dn̄o papa eſſe cōceſſam. Sicut em̄ dn̄s papa ait nec vēdi debēt mobilia vel extra ordinem commutari quoquo modo / niſi eccleſie romane cardinalis qui fuerit ordinis gubernator ſuper hoc auctoritatem prebuerit ⁊ aſſenſum. Sed dicis. Nunquid qui biblias dant fratrib⁹ intendunt eas dare pape aut cardinali? Dico ⁊ ego. Nunquid pater qui dat bibliam filio intēdit labefacere ordinem filij / et filium ſuū facere filiū diaboli? Credo te dicere ꝙ nō. Dat igitur filio intendēs ꝙ ordinis paupertas ſit penitus illibata / ac per hoc vt ordo vtatur: ꝓprietas aūt ſit ei⁹ cui⁹ decreuerit paſtor ordinis et eccleſie. At non credis ꝙ ſi pater non poſſit filio librum dare niſi per manum alicui⁹ de quo preſumeret ꝙ non eſſet filij ſui predator / ſed paſtor: vtiq3 daret vt filio cōmodaret ad vſum? Et in hoc meli⁹ prouiſum eſt ordini dn̄o faciēte. Nam ſi libroꝝ proprietas remaneret penes parentes / ſic miniſtri non poſſent auferre fratribus libros: et eſſent quaſi perpetui ad vitā. Nūc aūt ordo nihil ſibi appropriat ī libris / dum miniſtri libros nec vendere nec alienare auctoritate ꝓꝑa poſſunt: nec fratres ſubditi poſſunt dū frequēter reſignant / et eis pro volūtate miniſtroꝝ aſſignātur et auferūtur. Certus ſum ꝙ hec eſt conſcientia fratrum.

¶ Ut aūt nihil remaneat audi de domibus. Dico domos non eſſe fratrum. Sed ſi de ſolo queris: dico ꝙ dantium eſt ⁊ patronoꝝ. Si de edificijs: pari ratione edificantium vel eoꝝ quoꝝ eſt ſolum: q2 cedit ſolo vni⁹ ſi vnus edificat: vel plurium ſi plures. Mentior etem̄ ſi non dn̄s papa dicit ī regula: ſaluo locorum ⁊ domoꝝ dn̄io illis ad quos noſcitur pertinere. In loco intelligens ſolum: in domibus edificia ſuperaddita. Unde nec appropriam⁹ nobis locum: cum dicam⁹ eſſe illoꝝ qui dant impenſas: vel cedit ſolo. Nec etiā vſus appropriamus / niſi pro volūtate eoꝝ qui fratribus concedūt predicta. Certus ſum em̄ ꝙ hec eſt conſciētia fratrum. Non obſtat ſi aliquādo vidiſti contrarium / qđ non credo: q2 indiſcretio vnius non ad oēs debet nec ad ſingulos retorqueri. Si dicis nos tanq3 aduenas ⁊ peregrinos debere ire de domo in domum: parcat illi deus qui primo hanc ſtultitiam cogitauit. Nonne beatus Frāciſcus edificauit loca? Nunquid tanq3 peregrinus ibat quotidie vnā dietam? Nunquid beatus Petrus cum dicat in canonica ſua: obſecro vos tanq3 aduenas et peregrinos. ⁊c̄. voluit ꝙ oēs tranſirent de domo in domum? Cum em̄ dicat eccleſiaſtic⁹: vita neq3 hoſpitari de domo in domum. Tam petrus q3 frāciſcus filijs ⁊ diſcipulis ſuis non ſanctam vitam ſed neq3 impoſuiſſent: ſi ſm̄ predictum intellectum nos ſimiles eſſe peregrinis mandarent: ſed hoc dictum intelligitur vt non currat ſimilitudo quattuor pedibus / ſed vt domos in quib⁹ habitamus parum diligam⁹: nec proprias reputemus: ſicut peregrinus qui trāſit in patriam domum non diligit in via tāq3 propriam / ſed vtitur tanq3 aliena. Qui aliter ſapit ipſa ſua:

inſipientia manifeſtat ꝙ nihil omnino
ſapit. Quomodo ergo poſſet eſſe regi=
men et ordo prelatorum: qui ita diſtri=
cte manet in ordine beati Franciſci: ſi
omnes eſſent inſtabiles et vagabundi
per orbem. Hoc vero ſentit qui nihil vi
dit de ordine. ¶ Veniam ad laborem
manuum: vbi taliter inſiſtis vtrum ſit
conſilium vel preceptum. Ego aūt di=
co ꝙ non intēdere beatum Frāciſcum
manualem laborem nec precipere/nec
cōſulere/nec monere: ſed ſuppoſita ad
monitione apoſtoli fratrib⁹ nimis vel
minus ſollicitis ad laborem dat formā
laborādi. Quidam em̄ ſic intendebāt
labori manuali vt necaretur in eis de=
uotio oratiōis. Nō quia periculoſum
erat: cum actiua debeat deſeruire con
templatiue/dedit eis formam ſanctiſſi
mus pater vt ſic laborent qui laborare
vellent/ſcirent/et poſſent vt ſancte ora
tionis ⁊ deuotiōis ſpiritum non extin=
guant. Hoc em̄ ſequitur in textu regu
le immediate. Unde attende ꝙ non di=
cit precipio vel conſulo fratribus ꝙ la
borent: ſed quibus dedit dn̄s gratiam.
quod non ſolum includit potētiam ſed
voluntatem laborandi. ſicut ſi diceret.
Fratres quibus dedit dn̄s gratiam la
chrymandi lachrymētur ita modeſte
ꝙ oculos non amittāt: non preciperet
lachrymari. ſic nunc intelligit. Ipſe au
tem de labore manuum vim non facie
bat niſi propter ocium declinandum.
Quia cū fuerit regule obſeruator per
fectiſſimus/non credo ꝙ vnq̄ȝ lucrat⁹
fuerit de labore manuū. xij. denarios
vel eoꝝ valorem fratres: ſed potiſſime
ad orationem monebat. Non em̄ vole=
bat ꝙ illam extinguerent ꝑpter lucrū.
Unde prouincialibus miniſtris relin=
quitur ꝙ non permittant fratres ſuos
ocioſos. Ego vna tecū ſi qui tales ſunt
iudico arguendos/et verberib⁹ puniē
dos tāq̄ȝ ſeruos malos ⁊ pigros. Non
tamen ꝑpter hoc tibi diſpliceat: q2 ſa=
tis ibi inuenies copiam laborandi tam
in ſtudio veritatis q̄ȝ in exercitio hūili
tatis pietatis/et cuiuſlibet alteri⁹ vir=
tutis. Nam fratrum elemoſinas que=
rere: coquinam facere: infirmis ſerui=
re: ſcutellas lauare: et in oībus humili=
tatis exercitijs laborare: que dulciora
fratrib⁹ ſunt q̄ȝ multa officia dignita=
tis. ¶ Sed quid dicem⁹ de aſcendēti
bus ad cathedram: cum regula dicat
ꝙ non curent neſcientes litteras diſce=
re. ⁊c. cum etiam euāgeliū dicat ꝙ no=
limus vocari magiſtri. Dico ego ꝙ re=
gula non vetat ſtudium litteratis: ſed
illitteratis ⁊ laicꝭ. Uult em̄ iuxta apo
ſtolum ꝙ vnuſq̄ſq; in ea vocatiōe qua
vocatus eſt permaneat: vt ad clerica=
tum de laicatu null⁹ aſcendat: nec vult
ꝙ clerici fiāt laici ſtudium recuſando.
Alioquin ipſe trāſgreſſor fuiſſet qui cū
paucas litteras ſciret: poſtmodū in lit=
teris profecit in ordine/non ſolum orā
do ſed etiā legēdo. Unde vt ſcias quā=
tum ſibi placuerit ſtudium ſacre ſcptu
re: audiui ego a fratre qui vidit ꝙ cum
nouum teſtamentum veniſſet ad man⁹
ſuas: ⁊ plures fratres nō poſſent ſimul
habere/diuidebat per folia et ſingulis
cōmunicabat vt oēs ſtuderent/nec vn⁹
alterū impediret. Clericos etiā quos
recipiebat ad ordinem in ſumma reue
rentia habebat: et in morte mandauit
fratribus ꝙ doctores ſacre ſcripture
in ſumma reuerētia haberēt/tāq̄ȝ illos
a quibus reciperent verba vite. Unde
cū nomen doctoris veneraretur intelli
gebat hoc euāgelium non vetuiſſe: alio
quin Paulus apoſtolus euāgelio cō=
tradiceret: qui ſe pma epiſtola ad Thi
motheum magiſtrum gentium vocat.
quod maioris impudētie videtur q̄ȝ ſi
ab alijs vocaret̄. Dico ergo ꝙ ſm euā=
gelium pōpa huius noīs condēnanda
eſt et nullaten⁹ appetenda: ſed officiū
aſſumendum. Quos em̄ magis decet
euāgelium docere/q̄ȝ qui euangelium
profitentur ⁊ ſeruāt? Nam cum dicat
euāgelium: qui fecerit et docuerit hic
magnus vocabitur in regno celorum.
Quis ſane mētis dicat vt magiſter et
frater alexander diues debuerit predi
care et docere: beati pauperes ſpiritu.
et pauper effectus debuerit reticere?
Certe ſi fratres decet addiſcere et ru=

minare tanq̄ munda animalia verba diuina: et ſibyp̄is ſufficiūt in docēdo: quis tam ſtultus eſt vt dicat ꝙ doctrinam q̄ eos decet facere et docere debeant a non facientibus mēdicare? Cōdēno igitur tecum in magiſterio pompam: ſed cōmēdo officium. Dāno fratrem minorem pōpoſum: et dico eum magiſterio penitus indignum: ſꝫ commendo ſtudioſum credens ꝙ nulli magis q̄ tali cōpetat auctoritas docendi euāgelium ieſu chriſti. ¶ Reſtat igitur vt de philoſophantibus aliquid ſubiūgamus. Audi chariſſime: ſicut in ceteris ſic et in hoc pariter concordemus. Fateor diſplicent tibi curioſitates/ diſplicent et mihi: et diſplicent fratribus bonis: et diſplicent deo ⁊ angelis ſuis. Nec defendo circa ſcripta puerilia muſſitātes: ſed deteſtor eos pariter tecum. Unde et tibi ⁊ mihi conſulo vt habeamus zelum ſm̄ ſcientiam/ ne deteſtemus plus q̄ oportet. Fortaſſe enim inter peccata minuta ⁊ venialia cōputādum eſt. Uix enim grana abſq̄ paleis colligi poſſunt: et verba diuina ſine verbis humanis. Hec aūt oīa ſeparantur per zelum cōpūctionis ⁊ fletum deuotionis que faciunt triticum veritatis a verboꝝ paleis ſeparari. Et fortaſſe videntur aliqui curioſi/ qui magis ſunt ſtudioſi. Si quis eñ ſtuderet in dictis hereticorum: vt eoꝝ ſentētias declinādo magis intelligeret veritatem: nec curioſus nec hereticus ſꝫ catholicus eſſet. Cum verba philoſophoꝝ aliquādo plus valent ad intelligētiam veritatis ⁊ errorum confutationes: non deuiat a puritate in his aliquādo ſtudēs/ maxime cum multe ſint concluſiones fidei que ſine his terminari non poſſunt. Unde ſi velimꝰ nimis ſtricte iudicare/ fortaſſe ipſos ſanctos (qḋ impium eſt) iudicabimus curioſos. Nam nullus melius naturam temporis ⁊ materie deſcribit q̄ auguſtinus inquirēdo ⁊ diſputādo in lib. confeſſionum. Nullus meliꝰ exitus formaꝝ et ꝓpaginem rerum q̄ ipē ſup gene. ad litteram. Nullꝰ meliꝰ queſtiōes de aīa et de deo q̄ ipē in li. de tri. Nullus meliꝰ naturam creatiōis mundi q̄ ipē in lib. de ciui. dei. Et vt breuiter dicam/ pauca aut nulla ponūt magiſtri in libris ſuis q̄n illa reperias in libris auguſtini. Lege auguſtinū de doctrina chriſtiana: vbi oſtendit quō non poteſt intelligi ſacra ſcriptura ſine aliarum ſciētiaꝝ peritia. Oſtēdit etiā ꝙ ſicut filij iſrael aſportauerunt vaſa egypti: ſic doctores theologici doctrinam phie. Unde multa que non didicimꝰ per phōs ⁊ de dictis philoſophie/ didicimus per ſctōs. Ac per hoc non debet tibi eſſe mirꝝ ſi minus fundati intrātes fiant in ſcientia in ordine fundatiores. Sed eſto ꝙ iſta ſint reprehenſibilia et purganda/ non ꝓpter hoc retraharis: qꝛ nullus ad hoc cōpellitur/ ſed is magis amatur qui magꝫ eſt talium aſpernator. Nec prelati talia precipiunt ſed permittunt. Nec ꝓpter tres vel quatuor vicioſos debet magiſter contēnere innocētes. Et ſi aliqui abundent libris ad tēpꝰ/ alijs pleriſq̄ multo plus indigētibꝰ poterunt diſpenſari: cū multo plures egeāt q̄ abūdēt. Nec te moueat ꝙ fratres fuerūt in principio ſimplices ⁊ illitterati: immo magis debet hoc in te fidem ordinis cōfirmare. Fateor coram deo ꝙ hoc eſt ꝙ me fecit vitam beati Frāciſci eligere/ qḋ non fuit per hoīm prudētiam inuēta ſed p chriſtum. Et quia opera xp̄i non deficiūt/ oſtendit hoc opus fuiſſe diuinū dum ad cōſortium viroꝝ ſimplicium etiā ſapientes non ſunt dedignati deſcēdere: attendētes illud Apoſtoli. Si quis eſt inter vos ſapiens/ ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Rogo chariſſime vt non nimis abūdes in ſenſu tuo: nec credas te prudentiorem nec meliorem oībus/ quos deus ad ſtatum iſtum vocauit. et ſi vocauerit te non recuſes. Vale in dn̄o.

Finis.

¶ Epiſtola ſancti Bonauēture: de eo ꝙ chriſtus et apoſtoli et diſcipuli eius inceſſerunt diſcalciati.

TAlis lector tali lectori ſpiritum intelligētie ſanior;. Qm̄ ẜm apl'm Johānem deus veritas eſt q̄ cōtra veritatē offēdit/maxime euāgelicā cui⁹ xp̄s ſpāliter auctor eſt: contra xp̄m offendere cōprobaẗ. Sup eo igiẗ ꝙ xp̄m et ſuos ſctōs apl'os atq; diſcipulos non diſcalciatos ſed calciatos inceſſiſſe coram peritoꝝ multitudine predicaſti: q̄ꝫ temere ꝯtra veritatem euāgelicā offenderis ꝓpēdere poteris ex ſubſcript;. Ait em̄ Chriſo. ſup Mat. Apl'i cū vna tunica ꝛ diſcalciati circūibāt totū mūdum/et ſuperabāt. Item Hiero. ad aggerētiam. Apl'i toto orbe peregrini: nō es in zona: nō virgā in manu: nō caligas habuere in pedib⁹. Idē ad Ruſticū monachū ponit idem. Idē in ep'la ad euſtochiū dicit ſic. Moyſes et Jeſu naue nudis ī terra ſancta iubētur pedib⁹ incedere; apl'i ſine vinculis pellium ꝛ onere calciamētoꝝ ad predicationē noui deſtinanẗ euāgelij. Milites veſtimēt; ieſu forte diuiſis caligas nō habuere quas tollerēt. Non em̄ hr̄e dn̄s poſat qd̄ ſeruos ſuos hr̄e ꝓhibuerat. In hac auctoritate ꝓpēdere potes tua prudētia ꝙ dn̄s noſter ieſus nō tm̄ calciamēta tpe paſſiōis nō habuit/ſed etiā hr̄e prio nō potuit. Cepit em̄ facere ꝛ docere. Act. j. Item Aug. xxij. cōtra Fauſtū d't ſic. Qz ſcribiẗ Lu. xxij. Q n̄ miſi vos ſine ſacculo: ſine pera: ſine calciamētis. nō trāſierūt dn̄i verba ſed ꝛ diſcipuloꝝ obtēperantiū facta ſecuta ſūt. Item ī vita beati Marcialis. Sctūs dn̄i marcialis ꝑgēs ad predicādum non equo vehebaẗ aut aſino: non qlibet iumēto: nec calciamenta ꝓprijs inducebat pedib⁹: ſed iuxta dn̄i ꝛ magiſtri ſui ieſu xp̄i ſentētiā quā ipe ſibi ꝛ alijs apl'is inculcare ſolebat: vt ꝑgentes de ciuitate in ciuitatē/nō ſacculū neq; peram ſecū tollerēt nec calciamēta. Nudis incedens pedib⁹ imitator xp̄i: atq; beati Petri apl'oꝝ principis cōſanguinei ſui nōib⁹ q̄ ipe dn̄s ꝑcepit exiſtere curabat. Itē in vita bti Frōtonis diſcipuli ſcribiẗ ſic. Btūs frōto caſtra ꝛ vrbes ꝛ vicina loca calciat⁹ tm̄ ſandalijs peragrās/gētiū cateruis diuini ꝟbi ſemina erogabat. Item ī marthe ꝛ magdalene vitis legitur ꝙ vel ſandalijs vtebātur: vel nudis pedib⁹ incedebāt. De ſandalijs aūt d' Marci. vj. Calciatos ſandalijs. glo. vt neq; pes tect⁹ ſit: neq; nud⁹ ad terrā. Itē Ephe. vj. ꝛ Mat. x. d' ī glo. Sādalijs vel ſoleis vſos apl'os fuiſſe. Papias aūt dicit. Sādalia aūt ſunt calciamēta deſup coriū nō hn̄tia. Itē Euſebi⁹ ceſarien̄. vj. eccle. hiſto. li. in ca. de laudib⁹ Origenis dicit ſic. Ante oīa origenes ꝑcepta euāgelica ꝛ voces ſaluatoris ſummo amore et ſtudio implēda eſſe cēſebat: qb⁹ ꝑcipiẗ duas tunicas nō habendas: nec calciamētis vtēdis: nec de craſtino cogitādū. Et ſequiẗ. Ita deniq; ꝑ multos ānos abſq; oīni calciamēto nudis tradiẗ inceſſiſſe veſtigijs. Itē Grego. nazāzen⁹. Optabam hoīes videre q̄ viuerēt ad exēplū ꝑdicatores euāgelij xp̄i nudis pedib⁹ incedētes: ꝓpter regnū pauperes: propter paupertatē reges. Cernis puto ſi ꝓprie ſapis ꝙ duo illuſtriſſimi grecoꝝ doctores ꝑceptū euāgelicū de nō portādis calciamētis ad litterā cēſuerūt obſeruādum. Qz ſi fortaſſis ī hac ſn̄ia preſūpſer; dicere ꝑdictos duos doctores hereſim ſapuiſſe ꝑ predictas ꝛ poſt dicēdas auctoritates doctoꝝ latinoꝝ catholicoꝝ/calūniari in hac pte predictos doctores conuinceris manifeſte. Item in vitis patrū in monachoꝝ perfectoꝝ laudib⁹ legitur in plurib⁹ locis ꝙ nudis veſtigijs incedebāt. Itē Hiero. in lib. cōtra Jouinianū reprehēdit ipm ꝙ cū prius tāq; perfect⁹ monach⁹ nudis pedibus inceſſit: poſtea a perfectiōe apoſtatās monachali/calciamēta deaurata portabat. Item Act. xij. Calcia te caligas tuas. Ad hec eſt vna

glo. Petrꝰ propter rigorem carceris li
gamenta ad horam laxabat. vt tunica
circū pedes demiſſa frigꝰ noctis ven=
tūq; tparet. exēplū prebēs infirmis vt
cū moleſtia corpalr vel iniuria intentatr
hūana: liceat aliqd laxare de rigore p=
poſiti. Sicut ḡ petrꝰ in eo q̄ circū pe=
des tunicā demiſit ad horā ꝓpt rigorē
carceris: exēplū infirmis pbuit ⁊ rigo=
rem laxauit. ita ⁊ in eo q̄ ad horā tantū
caligas habuit ſi tñ habuit. In fine tñ
pdicte gloſe calige petri ſpūalr exponū
tur ſic. Qd dictū eſt. ſint lūbi vr̄i pcin=
cti ⁊c. Lu. xij. Et calciati pedes in ppa
ratione euāgelij pacis. Ephe. vj. ſpūa=
lium vtutū vbiq; pdicādi reſumere iu=
bētur inſignia. Textꝰ etiā: calcia te: ad
lrām intellectꝰ nō diſſonat a pdictꝭ au=
ctoritatibꝰ ⁊ inferiꝰ annotādis: ſed om=
nino etiā ꝯcordat. Nam vbi latinꝰ iter=
pres dicit caligas. grecꝰ dicit ſandalia.
Sūt aūt ſandalia ſicut dicit magr̄ in hi
ſtoria ſolee vel petones. ſm Papiā vo
calige dicunt q̄ſi caligule: q2 ſup pedē
colligant. Vel ēt quia calce ligāt ſicut
cernimus in ſolea ſācti petri: q̄ vſq; ho=
die rome ſuat. Et etiā in picturis ⁊ in
celaturis antiquaꝝ apl'icaꝝ imaginū ⁊
nouaꝝ. in quibꝰ oibꝰ vel cū ſoleis vl' nu
dis pedibꝰ exp̄imunt. Nō tibi blādiarꝭ
cū audis: q2 ſandalia ſunt calige: q2 ſm
papiā ſandalia ſūt calige vel calciamē=
ta deſup coriū nō hn̄tia. Ridiculoſum
igit eſt valde q̄ litteratꝰ hoc neget: qd
clamāt lapides ⁊ teſtant. Interliniare
autē quo dicit ſup illo verbo: exemplū
datur nō ſine calciamētis ambulandi
angelo iubente ⁊ aplo complēte: ſoluit
p principiū interlinearis: vbi dicit. Ca
lige ſunt calciamēti genꝰ: et de illis in=
telligit. Nec videt auctenticū: ſed po=
nit magiſtrale. vel ſpūalr intelligendū
eſt. vt eſt illd Ephe. vj. Calciati pedes
⁊c. glo. Hec calciamēta vtutū dz hr̄e
pdicator. ne ille q̄ pdicat pede mentis
terrā tangat. i. p terrenis faciat. Hac
ſigtiōe dicit marcus aplos ſandalijs
calciari vel ſoleis. ſ. vt neq; pes ſit tectꝰ
neq; nudus ad terrā. Hic vt cernis ma
nifeſte dicit Glo. ⁊ eſt Auguſt. qd ſunt
ſandalia: q2 ſolee: ⁊ q̄ virtutū calciamē
tis debent veri apl'i calciari. Amplius
ſuper illud Luce. xxij. Qn̄ miſi vos ſi=
ne ſacculo ⁊ pera ⁊ calciamētis ⁊c. gl.
dicit ſic. Non eadē viuēdi regula pſe=
cutiōis q̄ pacis tpe diſciplos informat
Miſſis qdē diſcipulis ad pdicandū ne
qd in via tollerēt pcipit. inſtāte autem
mortis articulo: ⁊ tota illa gente paſto=
rem ſimul et gregē pſeqnte: ꝯgruā tem=
pori regulā decreuit. pmittēs vt tollāt
victui neceſſaria. Ex hac glo. pꝫ q̄ ad
reglam aplicam ptinet nihil in via tol=
lere. ⁊ ſine calciamētis incedere. Et lꝫ
pſecutionis tpe aliqd in via tollere per
mittatur: de calciamētis tñ cōportan=
dis etiā pſecutionis tēpore nec textus
īnuit nec glo. Ex predictis teſtimonijs
clarꝰ innoteſcit qd de dn̄i nr̄i ieſu xp̄i
et ſuoꝝ aploꝝ atq; diſcipulorū calcia=
mentis: iuxta vitatē euāgelicā et ſan=
ctoꝝ expoſitiōes docendū ſit pariter et
ſeruandū. Sed his oibus teſtificatiōi=
bus firmiſſimis atq; claris: ſcti euange
lij ſanctiones ſunt incōpabilr clariores
Scribit eni Matth. x. Nolite poſſide=
re aurū neq; argentū: neq; pecuniā in
zonis vr̄is. non perā in via. neq; duas
tunicas: neq; calciamēta. neq; virgam.
Item Mar. vj. Precepit eis ne qd tol
lerent in via niſi virgā tm̄. nō perā: non
panē: neq; in zonis es. ſed calciatos ſan
dalijs. Item Lu. x. Nolite portare ſac
culū: neq; perā: neq; calciamēta. Qz au
autem dn̄i hec vba mandata nō tm̄ ſpi
ritualr: ſed etiā ad lrām fuerūt obſerua
ta: pꝫ ex auctoritatibꝰ pdictis. Patet
etiā ex picturꝭ ⁊ celaturis antiqſſimis
laicoꝝ. Patꝫ etiā ex ipis ſandalijs apo
ſtoloꝝ ⁊ xp̄i diſciploꝝ. q̄ vſq; in hodier=
num diem in pleriſq; locis ad huiꝰ vi=
tatis aſtipulationē ⁊ deuotionem fide
liū reſeruant. Patꝫ etiā ex glo. mar. ſu=
periꝰ allegata. Patꝫ etiā ibidē ex alia
glo. Matthēꝰ ⁊ Lucas memorāt dn̄m
dixiſſe diſciplis vt nec virgam ferrent.
Marcus ne qd tollerēt niſi virgam tm̄
Sꝫ illi accipiūt realr virgā. Marcꝰ p
vgam poteſtatem accipiēdi neceſſaria
a ſubditis. Ergo ſicut matthēꝰ ⁊ lucas

virgam realiter accipiunt: ſic ꝛ calcia-
menta. Et plato dicit duas ſūmitates
corporis nō eē velādas. neq3 aſſuetā fieri
molliciē debere capit. ꝛ pedū. Cū hec
hūerit firmitatē: cetera robuſtiora ſūt.
Item magiſter in hiſto. q̄ dicit ſic. Nō
portabitis calciamēta neq3 virgam. ſm
Marcū ſandalijs. idē eſt ſoleis vl̄ peto-
nibus vti iuſſi ſunt. Itē Joſue. v. Sol-
ue calciamentū tuū de pedibꝰ tuis ꝛc̄.
G. o. Hi ſunt pedes quos lauit ieſus.
Nō aūt ignorat prudentia tua dominū
ieſum nō tm̄ pedes aplor̄ū ſpūales: ſed
etiam corpales hūil'r abluiſſe. Patet
etiā poſtremo p gl'oſū xp̄i ſigniferū frā-
ciſcū qui ſpū ſancto reuelante iuxta lit-
teralē intellectū predicti cōcepti ordi-
nem ſuū ꝛ regulā inſtituit: dn̄o coopan-
te ꝛ ſermonē confirmante ſequentibꝰ ſi-
gnis. et etiā ſeruauit. Et iuxta hunc in-
tellectū p ſe ad ꝓuidentiā ſignis prece-
dentibꝰ ꝯfirmationē meruit obtinere.
Ceterū ſi pcepta euāgelica de non por-
tandis calciamentis ſpūal'r tm̄ ab apo-
ſtolis intellecta fuerūt ꝛ ſuata. ergo il-
lud qđ ibidem inſerit': gratis accepiſtis
gratis date. Et illud. Infirmos curate
mortuos ſuſcitate. Et illud. Nolite poſ-
ſidere aurū neq3 argentū ꝛc̄. Qđ q̄tū
pniciosum ſit et euāgelice ṗitati aduer-
ſum: tua peritia nō ignorat. Ubi queſo
eſſet illud petri Actuū. iij. Argentū et
aurū nō eſt mihi. Et illud Act. viij. Pe-
cunia tua tecū ſit i pditionē: qm̄ donū
dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Et il-
lud Actuū. ix. Danſq3 illi manū erexit
eam in ſuſcitatiōe thabite. Hec ergo ſi
ab aplis fuerūt intellecta ad lr̄am ꝛ ſer-
uata: ergo ꝛ illđ de calciamētis ab apo-
ſtolis nō portādis. q̄ pdictis ſine medio
ꝯnectunt'. Preterea greci pdicātes euā-
geliū: qs cernūt pecuniā nō accipe: nec
calciatos incedere: ſed ſandalijs vel ſo-
leis vti: apoſtolicos nūcupāt. ꝛ vt xp̄i di-
ſcipl'os venerant'. Monachi etiā in die
ſicut ille retulit mihi q̄ vidit: calciamē-
tis nō vtunt': nudis pedibꝰ incedētes.
Hec aūt ſcripſi tue peritie vt de cetero
contra tot ꝛ tāta teſtimonia xp̄m et eiꝰ
pfectiſſimos diſcipl'os non infames. et
euangelice ṗitatis regulam vt lux cla-
riſſimam expoſitione tua myſtica non
obſcures. Nam ſm quādam glo. ſuper
Math. Prauꝰ ē auditor q̄ manifeſta
vult obſcure intelligi. Innuit etiā Gre.
in moralibꝰ in ꝓemio trifarie ſcripture
modū. Sunt eni q̄ hyſtorice vel ad litte-
ram intelligi nequnt. vt illud Job. Su-
ſpendiū elegit aīa mea. Et illđ. Pereat
dies in qua natꝰ ſum. Quedam hiſtori-
ce moraliter ꝛ allegorice intelligūtur.
Quedā in quibꝰ qui ſenſum lr̄e negli-
git oblatū ṗitatis ſibi lumen abſcondit
Certū eſt aūt ex pdictis triū euāgeliſta-
rum ſniās ſuperiꝰ allegatas nō in pmo
gn̄e: ſed in ſcđo ꝛ tertio cōtineri. Ceterū
q3 quattuor euāgeliſte iohannis bapti-
ſte humilitatē admirabilē pdicātes in-
troducūt ipm̄ dicentē q3 nō ſit dignus
ſoluere corrigiā calciamentorū chriſti
ſiue ipſius calciamēta portare. Qr ſpi-
ritualiter intelligendū ſit ex gloſis ſan-
ctorū annotatis ibidē clariꝰ innoteſcit.
Dicit' Joh. j. Nō ſum dignꝰ vt ſoluam
eius corrigiā calciamēti. Glo. Non ait
nō ſoluam. ſoluit eni qn̄ ipm̄ manifeſta-
uit: ꝛ de diuinitate ꝛ hūanitate ipſius
multa apuit. ſed non ſum dignus. ſ. ait:
ad hoc agendum ſe indignū putauit.
Itē Luc. iij. Nō ſum dignꝰ ſoluere cor-
rigiam calciamētorū eiꝰ. Glo. Nō ſum
dignus myſteriū ſoluere incarnatiōis:
vel nomen ſponſi non mihi vſurpo. nec
ſpōſus credi: ſed amicꝰ ſponſi volo. Itē
Marci. j. Nō ſum dignꝰ ꝓcūbēs ſolue-
re corrigiā calciamētoꝝ eius. Hiero. i.
incarnationis myſteriū qn̄ verbū caro
factum eſt. Itē matth. iij. Non ſum di-
gnus calciamēta eiꝰ portare. glo. Intē-
debat hic oſtendere excellētiā xp̄i ꝛ ſui
humilitatē. Et in eadē glo. exponit' al-
legorice vt prius. Forte aūt iohannes
baptiſta in verbis ppoſitis ad lr̄am in-
tellectis non xp̄m calciatū dicere inten-
dit. ſed iuxta pdictā glo. intēdebat ꝛc̄.
maieſtatē xp̄i magnificans: et ſuā hūi-
litatē pdicās. vſitatū modū loq̄ndi te-
nuit. ſicut de hoīe valde nobili nō lauā-
te manus ſuas poſſet dicere paup hu-
milis. Nō ſum dignꝰ aquā effundere ſu-

per manꝰ eius. Niſi forte quiſpiā ꝓba propoſita volēs exponere dicat ꝙ chriſtus eo tpe quo iohānes baptiſta ſentētias ꝓtulit antedictas. nōdum publice predicabat. nōdū regulā ediderat. nondum in deſerto exēplū dans penitētie ieiunauerat. Qđ vtiqꝫ verū eſt. Et iō vult dicere ꝙ calciamētis tūc tpis vtebatur. Qđ vtiqꝫ videt a gloſis oīm bꝰ ꝛ ſanctorū expoſitoībꝰ alienū. Siue aūt hoc fuerit ſiue non: ex pdictis manifeſte cōcluditur ꝙ poſt inſtitutionē apoſtolice regule chriſtꝰ ſuiqꝫ diſcipuli ſine calciamētis ad lrām inceſſerūt. Nam ſm Hiero. chriſtus nō potuit quod nō habendū docuit: qui pmo cepit facere ꝙ docere. Idcirco piculoſum eſt valde imo ridiculoſum aſſerere aliter chriſtū aliter apl'os vixiſſe: et xpm regulam nō ſeruaſſe. et apl'os aliud ꝙ xpm habuiſſe perfectiōis exemplū. cū diſcipulum eſſe perfectū ſi ſit ſicut magiſter ſuus. ꝛ ſeruū non eſſe dño ſuo maiorē euangelica veritas conteſtet. ꝛ vt ſimꝰ imitatores dñi ſicut ꝛ ipſe xpi nos paulus apoſtolus exhortetur. Tu igit qui euangelij doctores ꝛ ſectator: ſi huiꝰ euangelice pfectiōis apicē nō attingis vſu. attingas ſaltem affectu pio: affatu veridico: ꝛ catholico intellectu. ꝛ noli euangelij candidiſſimam margaritā tortis expoſitionibus cōculcare: noli contra euangelicorum pedū nuditatē pelles mortuas defenſare. Si eni contra ſententias euangelij calciamēta defenderis: timendū eſt ne duas tunicas et cū pera pecuniā defendere cōtendas. Doceat ergo te vnctio veritatē: vt ſi quid incautius contra euangeliū predicaſti ſtudeas reuocare. Ne cōtēptū te reputes: ꝙ in hac epiſtola tecū ſingulariter ſim locutus. hoc enim mihi amor charitatis priuate ſuaſit. preſertim qꝛ malui conſuetudinē imitari doctorū illuſtriū et ſanctorum: ꝙ vulgare facetiā populorum. Vale in dño.

F I N I S.

¶ Epiſtola Sancti Bonauenture in qua mādat vt fres ſui ordinis caueāt a freqūtia diſcurſuū. ab importunitate queſtuū. a ſumptuoſitate edificiorū: librorū: veſtium: ac ciborū. a predicatione cōtra prelatos coram laicis. et a litigioſa inuaſione ſepulturarū et teſtamentorum.

In chriſto ſibi chariſſimo fratri. B. iaucelis' puicie miſtro. frater Bonauētura ordinis fratꝝ minorꝝ miniſter gñalis ꝛ ſeruus. Salutē et pacem in dño ſempiternam. Qm̄ ad hoc potiſſimū inuigilare dꝫ ſollicita cura rectoris: vt i ꝯmiſſo ſibi grege meritū ꝟtutis accreſcat. claudat via vicijs. ꝛ det moribus diſciplina. diligēti deliberatōe phabita viſū eſt tā mihi ꝙ diffinitoribꝰ capituli gñal': vt miniſtr; ſingl'is aliq ibidē examiata ꝛ diſcuſſa lratorie demādarē. ipſoſqꝫ ſollicitos redderē ad eos potiſſimū abuſus tollēdos de medio. qbꝰ ſinceritas religiōis ificit: pfectiōis celſitudo depmit: ꝛ ſāctitatis claritas offuſcat. Sane cū euāgelici culminis obſeruata pfectio: actenꝰ ſpectabiles ꝛ amabiles nos mūdo reddiderit: oiqꝫ fauore ac reuerētia dignos. ecce iā nunc multitudie i ꝓcliua tēdente: ꝛ remiſſiꝰ agētibꝰ his q pſunt. viciorꝝ qdā ſentes cernūt ſuccreſcere. q dū ſacꝝ hoc venerādūqꝫ collegiū deſpicabile ꝛ oneroſū reddūt. pplis ꝯuertūt i ſcādalū: qđ cūctis eē debuerat i exēplū. Nā freqūtia diſcurſus: ꝛ iportunitas qſtꝰ: viles nos et gues efficiūt. ꝓ eo videlꝫ ꝙ dū puis nolumꝰ eſſe ꝯtēti. ꝛ edificia ſumptuoſa conamur erigere: vilia ſūmo ſtudio qritantes: nobilia per incuriā perdimꝰ: cū murorꝝ curioſa ꝯſtructio deſtructionē pariat animarū. Perhorreo quorūdā procaciū audaciā: qua cōtra pris noſtri doctrinā coram laicis pdicando in-

eccl'ia ꝯ ꝑlatos:ipoꝝ acta ſuggilãdo cõ
ſurgũt:nõ niſi ſcãdala:iurgia ⁊ odia ſe-
minãt.⁊ nõ ſolũ ipoꝝ:verũetiã dei ꝓuo
cant irã.cũ diuina ꝯſtet lege ſancitum:
ne qs maledicat ſurdo:nec ponat offen
diculũ corã ceco. Sed ⁊ ſepulturaꝝ ac
teſtõꝝ litigioſa ⁊ auida q̃dã inuaſio:cũ
excluſione illoꝝ ad q̊s aiaꝝ cura ſpecta
re dinoſcit̃:nõ modicũ nos clero toti fe
cit exoſos:ſicut experiẽtia docẽte ꝑcepi-
mus.⁊ ipſe ſanctiſſim⁹ pr̃ põtifex ſũm⁹
dñs clemẽs fr̃es oẽs ad cauẽdũ hmõi
pia ꝓuidentia per me voluit ꝯmouere.
Hoꝝ aũt oĩm hanc puto potiſſimã ra-
tionẽ ⁊ cãm.ꝙ ea q̃ ꝓuida cura ꝑ toti⁹
ordis prouidentiã in gñali capitulo ſta
tuunt̃.paruipẽdũt̃ a fr̃ib⁹:⁊ hñt̃ pro ni
hilo.nec tñ trãſgreſſores hmõi diſcipli-
na debita caſtigant̃. Sicq; fit diuini ꝑ-
miſſiõe iudicij.vt ſpernẽtes modica in
maxia decidãt. Nã dũ diſciplĩa negli-
git̃:inſolẽtie creſcũt.ac ꝑ hoc interior
negligẽtia circa exercitationẽ ꝟtutum
exteri⁹ ꝓcedit in ſcandalũ ꝑ eoꝝ paten
tem ruinã q̃ ſtare videbant̃ in ocul' alio
rũ.Ex q̊ fit vt ſctẽ religiõis ſplẽdor pre-
fulgid⁹ in pallorẽ degeneret. ſctitatis
pulchritudo ſordeſcat.bone opinionis
odor ꝯputreat:⁊ nomẽ dñi blaſphemet̃.
Me igit̃ ſanguis aiaꝝ nõ ſolũ nr̃e ſollici
tudini ꝯmiſſaꝝ.ſ; etiã oĩm q̃ ad lumen
ſctẽ religiõis ꝑ viã ſalutis incedunt de
nr̃is manib⁹ req̃rat̃.charitati tue zelũ
q̃nto poſſum efficaciori mãdato du ri
pũtib⁹ exeq̃ndũ:adiurãs te ꝑ aſpſionẽ
ſanguis crucifixi:⁊ ꝑ ſtigmata paſſiõis
ei⁹ q̃ in ſacro pr̃is nr̃i corpore idubita-
bili claritate fulſerũt. vt ſicut xp̃i ſeru⁹
fidelis ⁊ prudẽs:ad p̃fataꝝ extirpatio-
nem peſtiũ toto te animi vigore ſuccin
gas:tota mẽtis attẽtõe iniq̃as:totoq;
feruore ſpũs ſuccẽdaris. Et p̄mũ q̃dẽ
ad ſancte orõnis ſtudiũ fr̃es tue cure
cõmiſſos efficaciter incitãs:ad regule
ꝓmiſſe obſeruantiã ſincerã iducas pa-
riter ⁊ ꝯpellas. peſtiferos ⁊ inſolentes
nulli⁹ ferẽdo faciẽ euellẽs ⁊ deſtruẽs:
diſſipãs ⁊ diſꝑdens:vel carcerali mãci
pãdo cuſtodie:vel a cõtrate ſacri colle-
gij expellẽdo.iuxta qd̃ pietatis ⁊ iuſti-
cie lex expoſcit.ne dũ crudeli mĩa vni
membro putrido parcit̃:in toti⁹ corpo-
ris ſoſpitatem putrẽs corruptio diffun
datur. Et qm̃ pauptas eſt nr̃e religiõis
p̃rogatiua ſublimis.ne nobilis hec mar
garita ꝯculcãda porcis vilr̃ exponat̃:
diſcurſuũ cãm ⁊ q̃ſtuũ ſumptuoſitatẽ:
ſc; edificioꝝ librorũq; veſtiũ ac ciborũ
ſic ſtudeas amputare:ꝙ a ꝓfeſſiõis ex
cellẽtia vite obſeruãtia non diſcordet.
Fedũ eſt eni ꝓphanũq; mẽdaciũ:ſũme
pauptatis voluntariũ ꝓfeſſorẽ ſe aſſe-
rere:⁊ rerum penuriã pati nolle.interi⁹
diuitũ inſtar affluere:et exterius more
pauperũ mendicare. Inhibeas etiam
fratrib⁹ firmiter et diſtricte:qr tã diui-
no q̃ canonico ꝓhibet̃ iperio ne p̃lato-
rum vitã corã pp̄lo carpant: ſed poti⁹
reuerentiã exhibeãt. nõ tm̃ bõis ⁊ mo-
deſtis:verũetiam diſcolis: qr etiã hoc
exigit ſacrũ myſteriũ chriſtifice vnctio
nis. Mandes etiam fratrib⁹ vniuerſis
vt pacem clericorũ omniũ tam in teſta-
mentis q̃ in ſepulturis q̃tum in eis eſt
ſic ſtudeant obſeruare:vt nullã habeãt
contra nos occaſionẽ iuſte querele. ſi-
mulq; ſeculo toti clareſcat:ꝙ nõ cõmo
da rerum:ſed lucra querim⁹ animarũ.
Deniq; qr his ⁊ alijs deordinatiõibus
innumeris ꝑ ſtatuta ordis via p̄cludit̃.
volo vt per loca fratrũ ea ſic diligenter
conſcribi legi facias et ſeruari: vt ſicut
profeſſione virtutũ precipui credimur
nequaq; morũ incõpoſitione poſtremi
merito cẽſeamur. His igit̃ chariſſime
frater tam efficaci ſtudio non ceſſes in-
tendere quod deus gratum habeat. et
ego tue obedientie prõptitudinẽ ⁊ ſolli
citudinis vigilantiam zelumq; ordinis
ſacri poſſim non immerito cõmendare.
Et vt hoc melius fiat volo vt preſens
ſeries omnibus fratribus tue prouin-
cie per te vel ꝑ cuſtodes quotiẽs oppor
tunum fuerit explicetur.

F I N I S.

## ¶ Epiſtola Sancti Bonauenture ad miniſtros / prouinciales et cuſtodes de reformādis fratribus ſui ordinis.

In chriſto ſibi chariſſimis miniſtris / ꝓuincialibus et cuſtodibus vniuerſ. Frater Bonauētura ordinis eorūdem gnālis miniſter ⁊ ſeruꝰ. Salutem et pacem que exuperat omnem ſenſum. Licet inſufficientiā meam ad ferendū onus impoſitum cognoſcerē manifeſte propter debilitatē corporis: imꝑfectionem mentis: inexperientiā actionis: et repugnantiā voluntatis. qꝛ tamen durum eſt contra ſtimulū calcitrare tante cōgregationis et ſummi pōtificis: ac per hoc et altiſſimi dei volūtati pertinaciter reſiſtendo. ſarcine graui et quaſi importabili humeros ſuppoſui imbecilles: ſperans de adiutorio ꝟtutis omnipotentis: ⁊ confidens de amminiculo veſtre ſollicitudinis in idipſum. Nā etſi ſit impoſſibile homini ꝗtumcunqꝫ forti induſtrio ⁊ experto totā tanti oneris ſarcinam ſuis humeris baiulare. ſi tamen diuiſa in partes: et humeris impoſita diuerſorum viriliter a quolibet importetur: nō eſt ꝗtumcūqꝫ debili capiti horrore quodā rei inſolite deſpandum. Quoniā igitur de veſtra preſumo induſtria ſollicitudine et zeli viuacitate: qꝛ ꝓmpti ſitis ad extirpanda mala: promouenda bona: refouenda debilia. ⁊ fortia cōſeruanda. videns me ſpeculatorem datum domui iſrael. ne ſanguis animarū de manibꝰ meis requiratur. Cogitaui quedam vobis breuiter ſcribere: q̄ verbotenꝰ ſi in capitulo generali fuiſſem libētius enodaſſem. Nunc autem quia pericula temporū vrgent: et leſiones conſcientiarū: necnō ⁊ ſcandala mundanorū: quibꝰ cū ordo deberet eſſe ſanctitatis totiꝰ ſpeculum in diuerſis orbis partibus in tedium vertit᷑ et contēptum: que mihi de conſilio diſcretorum viſa ſunt corrigenda. nec penitus tacens: nec omnino exprimēs: nec noua ſtatuēs: nec vincula ſupinducēs nec onera grauia alligās alijs et imponens: ſed tāꝗ annūciator veritatis breuiter explico vidēs illa nullatenus reticenda. Sane ꝗrenti mihi cauſas cur ſplendor noſtri ordinis quodāmodo obſcuratur: ordo exterius inficitur: et nitor conſcientiarū interius defedatur. occurrit negociorū multiplicitas qua pecunia noſtri ordinis paupertati ſuper omīa inimica auide petit᷑: incaute recipitur: ⁊ incautius contrectatur. Occurrit quorūdam fratrum ocioſitas: que ſentina eſt omniū viciorū: qua plurimi conſopiti mōſtruoſum quēdā ſtatum inter contēplatiuā et actiuam eligentes: non tam carnaliter ꝗ crudeliter ſanguinē comedūt animarū. Occurrit euagatio plurimorū: qui ꝓpter ſolacium ſuorū corporū grauādo eos per quos tranſeunt: nō exempla poſt ſe relinquūt vite: ſed ſcandala potiꝰ animarum. Occurrit importuna petitio qua omēs tranſeūtes per terras adeo abhorrent fratrum occurſum: vt eis timeant q̄ſi predonibus obuiare. Occurrit edificiorū conſtructio ſumptuoſa et curioſa: que pacē fratrū inquietat: amicos grauat: et hoīm peruerſis iudicijs multipl'r nos exponit. Occurrit multiplicatio familiaritatū quam regula noſtra prohibet: ex qua ſuſpitiones: infamationes et ſcandala plurima oriunt᷑. Occurrit improuida cōmiſſio officioꝝ qua fratribus nondū vſqꝫquaqꝫ probatis: nec carne maceratis: nec ſpiritu roboratis imponūtur officia vix portanda. Occurrit etiam ſepulturarum ⁊ teſtamentorū auida quedā inuaſio: nō ſine magna turbatione cleri: et maxime ſacerdotum. Occurrit mutatio locorū frequens et ſumptuoſa: cum quadam violentia ⁊ perturbatiōe terrarū: cum nota inconſtantie: non ſine preiudicio paupertatis. Occurrit tādem ſumptuoſitas expenſarum. Nam cum fratres paucis nolint eſſe contenti: et charitas

hominum refriguerit: facti ſumus om
nibus oneroſi: magiſq; fiemus in poſte
rum. niſi remedium celeriter apponatur.
Licet autem plurimi reperiantur qui
non ſunt culpabiles in aliquo predicto
rum. tamen omnes inuoluit hec male-
dictio: niſi a non facientib⁹ his qui fa-
ciunt reſiſtatur. cū luce clarius omnia
ſupradicta in maximum ꝛ nullo modo
diſſimulandum vergant noſtri ordinis
detrimentum. licet tepidis et indeuo-
tis ꝛ ſm carnem ſapientibus cōſideran-
tibus conſuetudinē et allegantib⁹ mul
titudinem: quaſi facilia ꝛ excuſabilia:
etiam irremediabilia videātur. Excite
tur ergo cordis noſtri deuotio ꝛ feruor
ad zelum. ꝛ eiectis negociatoribus de
domo patris celeſtis. fratres om̄es ad
orationis ꝛ deuotionis ſtudiū accenda
tis: refrigatis receptionē multitudis.
q2 modis omnibus volo ꝙ conſtitutio
de receptōe ſtricte ſeruetur. Prauas pre
dictorū viciorꝫ conſuetudines ꝛ reſece
tis: q2 licet videatur fratribus graue. req̄
rit tamen hoc pfectio pfeſſionis noſtre
reqrit tribulationis incurſus. requirit
mundus. Clamat hoc beat⁹ Franciſc⁹
et ſanguis chriſti aſperſus. ꝛ dn̄s de ex
celſis. Ocioſos ſtimuletis ad laborem.
vagantes cōpeſcatis ad quietē. impor-
tune petentibus imponatis ſilentium.
intentos exaltādis domib⁹ pfundius
deprimatis. familiaritates querentes
arceatis ad ſolitudinē. Officia pdica-
tionis ꝛ cōfeſſionis cū multo examine
imponatis. Conſtitutionē de teſtamen
tis olim factam ꝛ de nouo de ſepultu
ris faciatis artius obſeruari. Locorū
vero mutationem nullaten⁹ conceda-
tis alicui ante capitulum generale.
Nam de conſilio diſcretorum propter
ſcandala vitanda iuxta predeceſſoris
mei mandatum hoc mihi reſeruo diſtri
cte per obedientiam iubendo. vt null⁹
deinceps locum mutet ſine mea licen-
tia ſpeciali. Diſcant etiam fratres mo-
dicis eſſe contenti: quia vehementer a
ſapientibus et rōnabiliter formidatur
ꝙ oportebit eos modicis eſſe contētos
velint nolint. Si igitur obediētes fue-
ritis verbo per epiſtolam. ꝛ hoc per vi-
ſitatores intellexero: quos volo ſup pre
dictis corrigendis tam in capitibus ꝙ̄
membris diligentius vigilare: gratias
agam omnium cōditori ꝛ vobis. Qr ſi
aliter quod abſit acciderit: indubitāter
ſciatis: ꝙ nullatenus paterer conſcien-
tia mea predicta ſub ſilentio ptranſire.
Licet enim non ſit mei propoſiti nouis
vos vinculis innodare: oportet me ta-
men conſcientia compellente totis viri
bus extirpationi intendere predictorū
quaten⁹ vitatis ſcandalis (vt tenemur
regule quam vouimus: ſine cuius ob-
ſeruatione ſaluari non poſſumus) veri-
tatem perſpicaciter videamus: et im-
pleamus profeſſionem. et totis virib⁹
puritatem cuſtodiam⁹: que impugna-
tur euidenter ex omnibus ſupradictis.
Datum Pariſius ꝛc. Hanc autē litte-
ram legi in ſingulis cōuentibus veſtre
prouincie faciatis.

¶ Expliciunt Epiſtole.

## ¶ Incipiunt Uiginti paſſus ſancti Bonauēture de informatione ſpiritualis vite ac virtute et ꝓfectu religioſorum.

Si vis in ſpiritu proficere : et hoc eſſe propter quod vt hoc fieres ad ſcholā virtutū: id eſt ad religionem veniſti. ⁊ ne fias illis ſimilis qui longo tempore in ſcholis manēdo:multū tēporis ⁊ ſumptus inutiliter ꝯſumūt:⁊ minime diſcunt.iſti⁹ formule compendium ante oculos habeto:et ad ei⁹ regulā ordidina vitam tuam:⁊ mores ꝯpone: ⁊ ſtudium impende: ⁊ tempus expende.

## ¶ Primum Capitulum.

IN primis ſemper eſto ſub tali rectore ⁊ magiſtro.vel ſi talem habere nō potes: tuipſe tibi magiſter eſto: q ſit ſtrenu⁹. vt ad hui⁹ formule regulā cōpellaris: ⁊ in nullo tue proprie volūtatis libertati relinquaris Puer enī qui dimittiꝰ voluntati ſue.i. puerili laſciuie:cōfundit matrē ſuam: id eſt religionem. Ideo tot ordies religionū cōfunduntꝰ:q2 pueriles mente ſibimet dimittuntꝰ.ſine freno retrahente a noxijs. et ſine virga ad ſalubria compellente.aut ex negligentia ſenioꝝ: aut ex nociua cōdeſceſſione eoꝝ:ne teneros aios frangāt ſeuera coertōe. Sicut imprudēs medic⁹ q̄ ne cōtriſtet egrū quē curare deberet:patiꝰ cū nociua comedere:ex qb⁹ ḡui⁹ ⁊ diuti⁹ infirmaꝰ. Et cū in vno diſſimulanꝰ exceſſus ei⁹ ⁊ vicia:cito ab alijs trahiꝰ in exemplū. vt etiam ſibi talia impunita pmittātur q̄ vident in alijs ſuſtineri.

## ¶ Secundum Capitulum

TAndem ad hoc iſta mala libertas dilataꝰ ⁊ ꝓficit: cū hec a plib⁹ vidēt fieri.vt q̄ſi ꝓ lege ⁊ ꝓ iure ordis defendāt: ⁊ ſi qs ꝯtrū dicere aut docere arguēdo pſumpſerit:ſingularis ſupſtitiōis ipꝛogiū ſuſtineat.⁊ q̄ſi nouū ordinē ⁊ inſolitū morē iducere velit vt delyr⁹ ⁊ van⁹ irrideaꝰ: ⁊ oneroſ⁹ fiat oīb⁹:⁊ tāq̄ temerari⁹ iudex alienorū actuū pſecutōes amariſſimas patiatur. Timēt enī diſtorti ⁊ a via dei exorbitātes:ſi pcerēt zelantib⁹ ꝓ iuſticia ⁊ religiōis diſciplīa.ad ptē ſuā alios attraherēt.⁊ ita paulatī ad ordis obſuātiam etiā ipi tandē cogerenꝰ. Et precauent ardētiſſime ne ad hoc pueniāt. et ſub ſpē ſingularitatis extirpāde eijciūt a ſe illos ⁊ opprimūt.q̄ deſiderant religionē ad ſtatū debitū reformare. Ad vidētes alij q̄bus hoc diſplicet:qui aliquā bone volūtatis ſcintillā hn̄t: ſed tn̄ infirmā terrenꝰ.⁊ poti⁹ ſtudent ſe illis conformare quos fortiorē partē vidēt habere in multitudine ⁊ potētia : q̄ cū iſtis tribulari.⁊ inſup infamari. Iuxta illud. Et qui receſſit a malo prede patuit. Hec omnia experti ſum⁹ in nigro ordine vel in alijs. Nunq̄ autem contingat noſtram religionē ad ſtatū ſimilem peruenire. Amen.

## ¶ Tertium Capitulum.

QUi tali feruore ad religionem venit q ꝓ oīb⁹ q̄ mundus ei promittere vel dare potuit:noluit dānari in ſeculo.nec pro diuitijs vl' honoribus:vel delicijs.nec amore amicorum:vel ꝓprij corpis dubitauit ſe tradere carceri pnie ꝓpter deum.non debet modo vilior eſſe q̄ tunc fuit:vt pro ꝟbis hoīm deſerat viā dei.iā in eius ingreſſu exiſtēs:a cui⁹ aggreſſu : nec terroib⁹:nec blādicijs potuit auerti. Or ſi times de ſinglaritate notari.⁊ ob hoc alijs odioſus fieri:ſcias q null⁹ ſanctorum ſingularis glie fact⁹ eſt in celo:niſi q̄ inter hoīes hic poſit⁹ ſtuduit eſſe in ſanctitate vite ſingularis. qd tn̄ de ſingularitate virtutū dico:nō de cerimonialibus obſeruantijs:paruā vel nullā hn̄tib⁹ vtilitatē virtutis. Studia autē ſctitatis in his ꝯſiſtūt. In cauēdo oīne pctm̄ ⁊ omne ſcandalū q̄tum eſt in ſe=

et inſiſtendo omnibꝰ virtutibꝰ humiliter. ⁊ inquirendo familiaritatē dei per affectum deuotiōis interne. Aduerſus huiuſmodi nulla eſt bona ꝯformitas ꝑ quā hec ſtudia deſtruunt. Cum enim pro iuſticia ſicut ⁊ ꝓ fide potiꝰ debeamus pati: nō ſolū irriſiones ⁊ deſpectiones: ſed etiā ꝑſecutiones q̄ſlibet ⁊ mortem. ſicut paſſi ſunt ſancti ante nos: et patient poſt nos in diebꝰ nouiſſimis: q̄ fidem deſerere: vel iuſticiā vite peccādo relinquere. Diſcamus in paruis verborum et deſpectationū tribulationibꝰ vt ſi grauiora imminerent nobis ꝓ xp̄o certamina: ſciamꝰ per patientiā ſuperare. Nam q̄ a leui flatu deijcit: quomodo ſtabit a vento maxime tēpeſtatis? Hec ad premuniendū cor premiſi contra retrahētes a ſtudio ꝓficiendi in virtutibus: quia qui tale ſtudiū in ſe non diligunt: vix poſſunt in alijs ſecū morātibus equanimiter ſuſtinere. Vn̄ ſicut illi nō dimittūt cōſuetudines ſuas malas et noxias ꝓpter nos. ſic nō oportet nos bona et vtilia ſtudia abijcere propter illos: qꝛ ſi volunt ad vitam eternā venire. oportet eos nobiſcū viā dei non ſuam ambulare.

## Quartum Capitulum.

Nunq̄ debes ꝑ mutatoria ocioſus vagari. nec rumoribus et verbis ocioſis vacare: nec riſui: nec ſcurrilitatibus deditus eſſe. qꝛ hec faciunt mentē vagam et inanē. ⁊ licentia iſtorum diſſoluit cor a pōdere timoris dei: et affectū interne deuotiōis exhaurit. Non euageris hincinde: oculis curioſe ſingula intuendo: qꝛ et leuitatis eſt indicium: ⁊ ea que foris hauris per oculos vel per aures: ſtrepitū quendā interius ſuſcitant: quo puritas intelligentie q̄ in bonis meditationibꝰ mentē paſcit: quaſi quodā puluere obſcurat. Quicquid nō eſt tibi neceſſariū vel vtile ad tuum vel alteriꝰ ꝓfectum: ꝑtranſi et noli īmorari: ne cor in eo defigatur: vel tempus infructuoſe in eo expendatur.

## Quintum Capitulum.

Semper aliq̄d tecū defer in memoria. qđ de deo rumines cogitando: ⁊ mētis tue intuitū ſemꝑ in eū defigere ſtude. ſicut docet ꝓpheta. Prouidebā dn̄m in cōſpectu meo ſemper: q̄m a dextris eſt mihi ne ꝯmouear. Docent cōtinet cor apud ſe: ne commoueatur a ſe ꝑ vanā letitiā vel irrōnabilem triſtitiā. Mundꝰ enī in quo fluitamus varijs tempeſtatū ventis agitat. et qui non vult nauē cordis ſui quaſſationibus cōteri: vel vndarū influctionibus demergi. vel in exteras plagas vētorum flatibus impelli. affigere eā funibus bonaꝝ cogitationū aſſueſcat ad petram īmobilē. Petra aūt eſt chriſtꝰ. Quē funem vt difficile rumpat ex triplici reſticulo cōponat. ex ſanctarū ſcripturarū deuota lectione: ex ſedule orationis cōpunctione. ex bonaꝝ actionū humili exercitatione. Lectio dat materiam ⁊ quaſi ſemen bone cogitationis. Oratio rigat et ad ꝓfectum roborat: ⁊ cor illuminat ad intelligentiā: ⁊ impinguat affectum ad ſaporē. Bona actio maxime cōdita pinguedine charitatis et obedientie vel alteriꝰ virtutis letificat cōſciētiā. ⁊ dat fiduciā ſpei in deū. etſi ad horā intercipit deuotiōis quietem: tamen meretur poſtea maiorē dulcedinis infuſionē et grām puritatis.

## Sextum Capitulum.

Feriatus et vacans caue tibi a vanis ⁊ prauis cogitationibus. ne vel per modicum in te morētur: qꝛ cito inq̄nāt cor labe cuiuſcūq; vicij. vt luxurie / vane glorie / odij / vel aliorum. Item caue ab inutilibꝰ occupationibus: qꝛ tempꝰ perdūt: et cor inquietant: ⁊ vtilia impediūt. ⁊ deuotionem diſſipant. Itē a torpore accidie et pigritie que mentem tepidam et corpꝰ delicatum reddunt: et ad bona opera deſidioſum.

## Septimū Capitulum.

Inter homīes exiſtens ca-
ue a duob⁹ quo ad teipm:
et a duob⁹ quo ad alios.
Quo ad te caue ne aliqd
facias vt ab eis noterꝭ vn
de gloriam queras in geſtu/in voce/in
ſermone/vel ī actu: qꝛ peccatū eſt ⁊ va
num. et cū putas eis placere/forte di-
ſplices: et iudicāt te ꝙ inanis glorie cu
pidus ſis. vel forte non aduertūt quod
agis/et ſic perdis conatum tuū inutili
ter ⁊ vane. ſicut ſtulti qui pictis imagi
nibus quaſi viuis hoīb⁹ obſequuntur.
ps. Qui hoīb⁹ placēt. i. placere volūt
vel cupiūt: cōfuſi ſunt. Item ne pudo-
re ſuperfluo obruaris ī his que coram
hoīb⁹ agere debes: loquēdo/cogitādo
vel aliquid agēdo: ſed ita liber eſſe ſtu-
de coram eis ac ſi ſine eis eſſes. Et ſi in
tus verecūdia eſtuas foris repꝛime: qꝛ
quo magꝭ notabilem te facis ex pudo-
re/eo plus conſiderant te: et ita magis
confunderis. Signum ſupbie videtur
eſſe nimis erubeſcere de illis defecti-
bus quos natura indidit: vt de defor-
mitate corporis/vel ruditate vocis ⁊ ſi
milibus. De vtilitate aūt veſtis vel hu
milibus obſequijs erubeſcere ī paupe-
re religioſo grauis ſuperbia eſt.

## Octauum capitulum.

Vitium vel ſcandalum eru
beſce: vnde vel de⁹ offendi
tur/vel aliqs ſcandalizat̄.
Apd̄ teipſum erubeſce de
pctīs tuis: de torpore ī ſer
uitio dei: de negligētia bonoꝝ que poſ
ſes facere et deberes: ꝙ tēpus defluit
et ꝑfect⁹ virtutū non creſcit: de hypo-
criſi ꝙ foris vis putari melior ꝙ̄ intus
te inuenias. ꝙ vitia tua occultas: non
timore nocumēti alteri⁹/ſed timore di
ſplicendi ⁊ ne vilipendaris. ꝙ per bona
que oſtēdis vis videri ⁊ placere hoīb⁹:
vt ex his ſuſpicentur te multo plura et
maiora in occulto habere: ex quo talia
foras ꝓdeunt: q̄ſi te dolēte ꝙ vix adeo
familiarem aliquem habes vnanimē
quem velles te ī oībus agnoſcere ſicut
teipm̄ agnoſcis. Q̄ď etiā fit ī cōfeſſiōe
qn̄qꝫ: et ſi nō audes peccata tua ſuppꝛi
mere quin ipa accuſes: tn̄ de illis ī qui-
bus te magis diſplicere times: ita ordi
nas verba: pꝛemittēdo/ſubiūgēdo/co-
lorādo: ꝙ min⁹ appareāt verecūda. vel
ſi forte plus nude ꝓferes gl̄iaris: et vis
inde apud cōfeſſorem ſanctus notari.
ꝙ tam hūilis ſis vt te magis ꝙ̄ neceſſe
ſit ſtudeas cōfundere cōfitēdo. Qꝛ cū
tentationib⁹ vitioꝝ maxīe carnaliū ita
deſidioſe pugnas vt ſolo timore pericu
li vel cōfeſſionis pudore eas repellas.
et quātum audes in affectu carnis ar-
rideas: ſolo ꝯſenſu operis et moroſe de
lectatiōis excluſo. Et in hoc maior ap-
paret peruerſitas ꝙ cū facile qn̄qꝫ poſ
ſes hmōi tētationes q̄ſi muſcas inmū-
das abigere/ex negligētia eas permit-
tas creſcere/caleſcere/et conualeſcere
donec ꝯfortate iam periculoſiores fiūt
et difficili⁹ vincūtur/et cōſciētiā ſepi⁹
pulſando cōfundūt. Qꝛ ita deſidioſus
es ad ea que dei ſunt ⁊ ad virtutes: vel
q̄ ad deuotionis ſtudiū ptinēt: vt pu
dor hūan⁹ plura ex his magis a te vel
ex te extorqāt ꝙ̄ amor diuinus. Qꝛ ita
es ingrat⁹ dei bn̄ficijs vt non ſolū debi
tas nō agas grās pro pceptis ſed etiā
grām oblatam ⁊ paratā in vacuū reci-
pias: et negligas vtiliora ad q̄ tunc ſen
tis tibi arridere grām: et occupes te va
nioribus ſtudijs quaſi q̄ texit araneaꝝ
telas que nō ꝓderūt ad veſtimēta ſalu
tis. Qꝛ illa ad que tenerꝭ faciēda: ſicut
ſunt hore canonice ⁊ ſilia/ita negligen
ter et deſidioſe ꝓſoluis vt nō tā meritū
inde ſperes ꝙ̄ ſupplicium expectes: qꝛ
et ſi v̄ba ore vtcūqꝫ ꝓferas cum corde
tam vag⁹ es ⁊ affectu frigid⁹ ꝙ nec ſen
ſum orationis pcipis nec deuotiōis af
fectū: et de ipis v̄bis plurima defluūt
accelerādo: et vtinā nō multa trāſilias
omittēdo/dū tn̄ non attēdas ſi dixeris
vel non dixeris niſi forte ex cōiectura
alicui⁹ v̄bi quaſi ex caude appꝛehēſio
ne reputes te dixiſſe. Deus aūt et ſi pa
tienter diſſimulat intēdere nr̄as negli-
gētias: tn̄ non min⁹ odit eas/ſꝫ integre
dinūerat eas: diſtricte dijudicat: ſeue-
re puniet/niſi nos ꝑueniam⁹ faciē ei⁹

in humili cōfeſſione:in forti ſatiſfactio
ne:et in ſerioſa emēdatione. Qr ad oia
que ad corporis curā vel cōmodū ſpe-
ctant ſtudioſiſſim⁹ es: que ꝟo ad ſpūs
ꝓfectum:vel ad ſupne charitatis exhi
bitiōem:vel ad prelati obediētiam:vel
carnis caſtigationē ſpectant/ deſes es.
Qr etiā hos ⁊ ſiles plures aduertēs in
te defect⁹ non terreris:non cōpūgeris:
non diſcutis:non corrigis: quaſi deus
aliter tecū acturus ſit ꝙ cū oib⁹ alijs:
vt mala tua incorrecta non puniat/et
bona neglecta remuneret. Pro his ⁊ ſi
milibus erubeſce apud te: ⁊ ab alijs ea
in te diiudicari ⁊ reprehendi non mire
ris/nec indigneris:ſʒ verecūderis ſēp.
Hec ⁊ alia plura in meipō veraciter re
cognoſcēs erubeſco et doleo/ſʒ non tm̄
ſicut debeo:et ideo nō emēdo ſicut poſ
ſem ⁊ expediret. Ex meipſo aūt intelli-
go ꝙ hec vel aliqua iſtoꝝ etiam ꝓximo
meo ineſſe pñt:et ideo vnuſqſqꝫ iudicet
et circūſpiciat ſemetipm̄/cōſiderās ex
vno latere qualis ſit:maxime quid ſibi
deſit boni ⁊ inſit mali ex vitio proprio.
ex altera parte qualis eſſe debeat i vir
tutibus ⁊ morib⁹ bonis:vt ex hoc ⁊ hu
milietur ex cognitiōe defect⁹ ſui/⁊ pro
uocetur ad ſtudium proficiēdi ad illa
que videt ſe debere vel facere vel habe-
re:et deo regratietur ſi in aliquib⁹ for-
te ex eius gratia profecerit.

## ¶ Nonum capitulum.

QUo ad alios caue a duo-
bus. Primum vt non cu-
rioſe reſpicias vel perqui-
ras coꝝ perſonas vultus/
diſpoſitiōes/habitum/ge
ſtus/facta/vel ꝟba/vel officia. Inquā
tum eñ tibi non attinent iſta pſcrutari
vtilitatis cauſa ita pertrāſi/ita cogita
ac ſi eſſent oues vel alia aīalia:vt nihil
circa illos occupes viſum tuū vel cor.
Alteꝝ vt non iudices vel diiudices de
alijs:quales ſint vel eſſe poſſint:in men
te:in merito:in morib⁹ vel alijs:qr talis
diſcuſſio vana eſt ⁊ ſepiſſime falſa/imo
temeraria: qua inſuper cor inquietaꝫ
et aliqñ inquinaꝫ/et cōſciētia leditur/
et alia bona negligūtur ex tali occupa
tiōe. Et ſi aliqua videas vel audias de
aliquo que non placēt/trāſi ⁊ obliuiſce
re cito/cōmittēs eū ſibi ⁊ deo:maxime
vbi ad te non ſpectat illi⁹ correctio ex
debito magiſterij vel ex ſociali familia
ritate/vel denūciādi neceſſitate.

## ¶ Decimum capitulum.

COmpatere cū peccantib⁹
quaſi i tempeſtate maris
naufragātib⁹:qr longe mi
ſerabili⁹ eſt in lacū inferni
demergi ꝙ i ꝓfūdum ma
ris ſubmergi. Ora ꝑ eis/et plora cum
potes:ex hoc eñ mereris vt tu a ſimili
naufragio libereris. Beati eñ miſeri-
cordes:qm̄ ipoꝝ de⁹ ita miſerebitur vt
a miſeria liberētur. Sic etiā oīm miſe-
roꝝ afflictiōes aīo ⁊ oculo cōpaſſionis
intuere:et ſingula eoꝝ miſerias aggra-
uātia ſtudioſe cōputa/diligēter pōde-
ra:vt ex his affect⁹ miſeratiōis i te pin
gueſcat.et ſi quas tu miſerias pateris/
tibi leuiores i eoꝝ cōparatiōe videāt.
Collige etiā ex his que vides paſſiōes
et labores ⁊ pauptates ieſu xp̄i:qui cū
eēt diues ꝑ nobis egen⁹ fact⁹ ē:vt illi⁹
inopia nos diuites i celeſtib⁹ eſſemus.

## ¶ Undecimum capl̄m.

TRia ſūt cōia vitia apd̄ ho-
mines. Primū ꝓnitas re-
prehēdēdi q̄ in alijs vidēt.
et nō ſunt ꝟm affectū eoꝝ.
Alteꝝ eſt adulatio qua ſo-
lent ſibiinuicē blādiri laudādo/arridē
do/querēdo qūo valeāt:cū tñ nō curēt
eos qñqꝫ valere/honores inutiles offe-
rēdo: et alijs multis modis in qb⁹ non
eſt vtilitas:nec ex affectu faciūt/ſed ex
vſu vt placeāt. Tertiū eſt ꝓpa gl'iatio
de ſeipō:ꝙ ea que facim⁹/dicim⁹/ſenti
mus/et ſum⁹:placēt nobꝫ:et preferim⁹
ea alioꝝ factis cōmēdādo vel occulte
cogitādo:et dedignamur ſi alij non mi
rētur ea q̄ſi nō habeāt ſanū iudiciū: et
delectamur i laude noſtra. Et ſi aliqñ
noſipōs accuſando hūiliam⁹ non pure
hoc facim⁹:ſed volum⁹ per hoc aſtute
ꝓuocare aliū ad laudem nr̄i: quaſi nō

debeat pati vt nos vituperemꝰ qđ lau-
dandum ī nobis eſt: vel ad hoc ſepe fa-
cimus vt humiles reputemur ⁊ ſaltem
ex hoc placeamꝰ ſi alia placētia nō ha-
beamus. Qui ab his tribꝰ liber eſſet/
in magna puritate viueret ⁊ quiete.

## ¶ Duodecimum capl'm.

Nulla curioſa hēre cures: vt
imagies/tabulas/ſudario
la/pater nr̄ et ſilia: nec reci
pias: nec des alijs pro mu-
nuſculis: q2 occupant cor/
et magiſtris nr̄is nō placēt: et faciēt te
notabilē inter ceteros: et ſepe ſine licē-
tia recipiunt et dant talia incaute: dū
pudet eos totiens ꝓ iſtis recurrere ad
magr̄os. Species aromaticas non ha-
beas/niſi ꝓ euidēti infirmitate nō poſ
ſis carere. Qui oībꝰ rebꝰ peculiaribus
carere poſſet felicior eſſet: q2 multā de
tractionis materiā abſcidiſſet. Si aūt
aliqua iuber3 hēre: vt libros rōne ſtudij
et ſcriptoriola / nulla ſuperflua collige
vel curioſa: ſolis cōtētꝰ neceſſarijs ī nu
mero ⁊ valore. Ipe habitꝰ tuꝰ et oīa ve
ſtimēta tua ſimplicia ſint et inculta: et
corpus/et geſtꝰ/et oīa foris apparētia
plana ſint ⁊ pura. Nil notabilitatis cu
riale vel curioſum vel ſingularitat3 co-
lore reſperſum affectes.

## ¶ Tredecimū capitulum.

Stude humano iudicio nō
moueri nec delectari fauo
ribꝰ: nec deſpectu cōtriſta
ri: q2 iudiciū humanum ce
cum eſt frequētiꝰ: et igno-
rat ꝟitatē: et fallit ſepiſſime: nec ſi lau-
daris ab hoīe es ideo laudabilior: nec
ſi deſpiceris es ideo vilior. Stultus eſt
q̄ ſtulto placere laborat: q2 ſicut cecus
nō diſcernit inter colores/nec ſurdꝰ in-
ter ſonos: ita inſipiēs homo neſcit pēſa-
re meritoꝝ dignitates. Unde cū aliqđ
agere te cōtigit eſtimabile: vt predica-
re vel ſil'e/non anxieris qūo ad placitū
hoīm ꝑficias: ſed inuocato auxilio dei
ꝑut meliꝰ expedire ſcđm deū intelligis
ſtude facere. Et ſi bene ſucceſſerit/deo
adiutori refer grās/⁊ noli extolli: quia
nō ꝓpter te ſ3 magis ꝓpt alioꝝ orōnes
et merita datam tibi eſſe grām debes
eſtimare. Si aūt minꝰ bene ſucceſſerit/
noli turbari et pudore cōfundi: ſ3 grās
deo refer q̄ ſic te ab elatione defendit.
Siue aūt bene ſiue minꝰ bene ſucceſſe-
rit/ſtatim ſic te hēre ſtude intus et exte-
rius ac ſi nō feciſſes. Laudet qui vult
vel deſpiciat: q̄d ad te: tu tace. Excu-
ſationes ⁊ recuſationes qn̄ debemꝰ ali-
qua hmōi facere ad hoc ſepiſſime fiūt
ne deſpiciamur vel preſumptuoſi iudi-
cemur q̄ talia audemꝰ. Unde videt eſ-
ſe purius ⁊ hūiliꝰ ſimpliciter facere qđ
eſt faciēdum: vel obediētia iubēte: vel
charitate inſtigante: ſi placet alijs/be-
ne: ſi nō/q̄d eſt tūc perditū. Nam cum
opz te predicare vel ſil'e facere: qđ ali-
quid honoris videt hēre: ſi bene feceris
lucrum habes de ꝑfectu laboris tui: ſi
minꝰ bene/iteꝝ lucraris meritū hūilia
tionis tue: et ꝙ poſt hoc minꝰ ad hmōi
cogeris ab his qbꝰ non placuiſti. Oēs
ſumꝰ alterutrum expoſiti: vt alter alte-
ri placeat vel diſpliceat. Unde cum in
mea non ſit poteſtate vt tibi placeā ſed
in tuo arbitrio vel affectu quē tibi da-
re non valeo/ſi multū laboro tibi place
re forſitan non ꝑficiā: q2 aliter iudiciū
tuū dirigit. Et ideo nihil in hac parte
melius video q̄3 vt ſoli deo ſtudeat ho-
mo placere/et ꝓximū non ſcādalizare
vel ſciēter offendere ⁊ cōmittere deo: ſi
hoībꝰ placeat vel diſpliceat humiliter
et patiēter. Iuxta illud. Mihi ꝓ mini-
mo eſt vt a vobis iudicer. ⁊c̄. Quibus
eīn places/aſcribe ipſoꝝ beniuolentie:
non tue ꝓbitati. Quibꝰ aūt diſplices
attribue tuo merito: ⁊ cogita ꝙ ſi ex tā
tillo eis diſplices ſicut exterius cogno
ſcere valēt in te vilitatem tuam: quid
fieret ſi radicitus ꝓſpicerent oīa vitia
tua ⁊ peccata ⁊ inhoneſta queq;? mix
ſi non eijcerent vel lapidarent te. Pro-
me loquor: nunq̄3 tantum a fidelibꝰ de-
ſpectus ſum ſicut deſpicabilis in veri-
tate ſum. Unde non debeo indignari
cum aliquādo deſpicior: ſ3 mirari ⁊ re-
putare pro beneficio dei ꝙ non omni-
bus odioſus ſum.

## ¶ Decimūquartū caplm.

Et cum detrahi tibi intelligas nō mouearis:qꝛ ſi verū eſt qđ dicit/non eſt incōueniēs hoc loqui hoīes qđ tu facere auſus es.ſi aūt verū non eſt/non nocet tibi eoꝝ oblocutio. Velut ſi albꝰ eſſes/et diceret aliqs te nigrū eſſe : qđ tibi obeſſet illiꝰ dicere? nihilominꝰ tū eſſes qđ eſſes/et nō aliđ. Et ſi qs eſtimaret te capram eſſe:tū homo eſſes. Si aūt ad primos motꝰ hmōi aduerſitatū turbaris et inflāmaris ex impatiētia/reprime iram et ſuſtine ad modicum:ſicut q̄ ſuſtinet vſtiōem cauterij:vel ſectionem chirurgici/cogitās vtilitatem patientie:et cito ſanari incipies ꝛ meliꝰ habere:imo hoc ipm expugnare intus/ac exacerbari magne vtilitatis eſt:qꝛ eſt purgatio peccati:vitij lima:exercitatio virtutis:meritum glorie:preparatio pacis. Non coronabit niſi qui legitime certauerit.

## ¶ Decimūquītum caplm.

Rancorem erga nullū in corde retine : ad oēs mite cor et pacificum habere ſtude nec pro tua offenſa nec pro illius vitio aliquem odito/ ne fias cū illo ſub ſpecie zeli pariter vitioſus. Si non conuenit tibi eiꝰ habere familiaritatem ꝓpter vite eiꝰ deformitatem/ſic diſpliceat tibi malum qđ habet ex ſe vt non ſit tibi bonū execrabile: qđ eſt ex natura in preſenti/vel ex gratia forſitan in futuro. Multi enī mali fiunt poſtea boni:qđ de oībꝰ viuentibꝰ eſt ſperandum.

## ¶ Decimūſextum caplm.

Quod ſi aliqs te odiret ꝛ detraheret ꝛ niteretur ꝯfundere ꝛ grauare:ſi cū eo iſ ſimilibus vis contēdere non vincis eum nec placas/ſed ꝓuocas:ſicut q̄ canem latrātem minādo ꝓuocat ad mordēdum/qui ſi latratus eiꝰ non aduertēdo tranſiret citius cōpeſceret eū vt abiret. Nam cum hoc intēdat oīs aduerſarius vt moleſtet et ꝓuocet illū cui aduerſat:ſi videt te exacerbari et cōtriſtari/habet qđ querit: et tāto fortiꝰ inſtat qūo te grauet quāto plus videt valere conatꝰ ſuos ad id qđ intēdit. Si aūt viderit ꝙ patienter ſuſtines ꝛ pertranſis acſi non ſentias/ confundit in ſeipo:et confringētur tumētes fluctꝰ eiꝰ:et ex indignatione ſua quieſcet/vidēs ꝙ non valet efficere qđ querebat:vt videlicet te ꝯturbaret:vel certe cōfuſus cōpūget et corriget:exēplo patiētie tue emēdatus. Qꝛ ſi forte obſtinatus nec corrigit nec deſiſtit te perſequi diſce aliquid pati pro dño:qꝛ ille q̄ tibi aduerſat grauius torquet ſe metipm ꝙ̄ te. Qui aūt ſeipſum morderet ꝛ laniaret in odium tui quid te lederet?immo te de ſe vindicaret:et ipſe nō tu morſuum vulnera ſentiret. Ita ſentias ꝛ de illo q̄ te odit/ſe laniat non te. Unde tu habeto pacem tecū/et aliena malicia non tibi nocebit. Qꝛ et ſi verba mala ꝛ cōtumelias tibi intulerit/diſce te debes vt oīa verba pro ſono habeas tranſeūte/niſi quātum vales ex eis edificatiōis capere.ſed inquātum perturbare poſſunt ꝛ ſcandalizare ſint tibi vt auium garritus et latratꝰ canum:hec cū audis ptrāſis ꝛ non curas. Noli ſimilis illi fieri qui tibi detrahit:qꝛ ſicut in illo odibile eſt vitium detractionis: ita etiā eſſet in te. Nemo aūt in odium aduerſarij ſui ſibimet preſcidit naſum vel eruit oclos:ſic nemo ſapiēs deturpat ſeipm vt ſic ſe vindicet de inimico: qꝛ tūc non triſticiam ſed leticiā conferret inimico. Si patienter fers iacula aduerſantis/alij cōpatiētur tibi:et impugnabūt pro te aduerſariū tuū te tacente/et diligēt te ampliꝰ. Si aūt te vīdicare volueris ꝛ defendere reſiſtēdo: aſpiciēt ꝛ deſpiciēt vos pariter mordētes ꝛ ſcādalizētur in vtroq;. Doctrina xpi magiſtri ꝛ dñi nři eſt:cuiꝰ te eſſe diſcipulum ꝓfeſſus es in ꝓfeſſione regule:diligere inimicos:benefacere odiētibus nos:et ſic noſtra benignitate vincere illoꝝ maliciā/ſicut ipe malos mutat in bonos patiēter eos vt cōuertantur expectando/et beneficijs alliciendo.

## Decimūſeptimū capl̃m.

Corrige i te qđ in alio reprehendis: et doce te qđ vtile vnicuiq; agnoſcis: feruor tuus agat in te prius: ⁊ ita inflāmatus alios calefac: ſicut ignis ꝓxima prius ⁊ poſtea remotiora calefacit. Tu tibi proximus eſto in correctione tui: regula ingenij tui: et zelus iuſticie tue primo formet te i exēplar artis tue alijs imitādum. Oſtēde in ꝓprio opere tuo cuius peritie ſis in opere alieno. Quidam ſciūt multa in alijs corrigere/et vitā alioꝝ ordinare: in ſeipis aūt multa incorrecta reliquūt nec minimā diligētiam adhibēt vt proprium ſtatum ordinēt ad ꝑfectum virtutis. Nūq; ſomniāt ſi eſſent in tali ſtatu vel officio vel dignitate q̈ bene vellent illam diſponere: ſuum aūt ſtatum in quo iam ſunt/nec ſollicite diſcutiūt/nec emendāt. Si aliquādo ammoniti per alium: vel ex caſu forte ad ſe reuerſi cogitant ſe ad meliora extendere: nec prouide diſponūt qualiter hoc faciāt: vel in eo quod prouident non perſeuerant: cōſuetudine diſſolutionis et tempore eos ad ſolita reuocante.

## Decimūoctauum capl̃m.

Eſto tuimet potens vt ſtatim ad nutum rōnis aſſueſcas tam cogitationes cordis q̈ membra ⁊ ſenſus corporis a noxijs retrahere et in bonis ſtudijs occupare. Oculos/manus/linguam/auditum/et cogitatum quaſi in freno manutene/ne inſolenter euagētur extra diſcipline terminos: q2 ſicut auis vel beſtia ex coertione domitatur/rurſus ex relaxatione fiūt indomita: ita et ſenſus exteriores et cogitationes ⁊ affectiones interiores niſi ſub diſtricta cautela refrenent̄/ex libertatis licētia inſoleſcūt: ita vt poſtea difficilius redigātur ſub rōnis magiſterio q̈ in principio conuerſionis. Unde eſt ꝙ peruerſi difficiꝰ corrigūtur q̈ nunq̈ adhuc conuerſi: ſicut aīalia difficilius domantur vel manſueſcūt in ſenectute q̈ i iuuētute: et ſenſꝰ iuuenū capacior eſt ſciētie q̈ ſenum: et inueterata arbuſta inflexibiliora ſūt q̈ recētia ⁊ tenera.

## Decimūnonum capl̃m.

Sepiſſime diſcute teipſum: et conſidera ſtatum mētis et corporis quid deſit: ſi deficias vel ꝓficias: quid impediat ꝓfectum: et qūo illi obuietur: aut declinādo/aut reſiſtendo/aut regēdo/aut tolerādo. Peccata declināda ſunt et fugiēda vitijs impugnātibus reſiſtendum/officium vel alia occaſionaliter impediētia regēda et ordināda diſcrete ad ꝓfectus materiam: aduerſitas tolerāda: et per vſum tolerādi fit magis tolerabilis. Et ideo tam odioſa eſt nobis aduerſitas: q2 nolumus cōſueſcere. Si aliq̈s domeſticꝰ tuꝰ vel vicinꝰ tibi fuerit in corde oneroſus: illi ſtude mag; obſeq̄oſus eē ⁊ affabilis/et cito ſēties remediū illiꝰ morbi.

## Uiceſimum capitulum.

Non multum affectes diligi: q2 diſtractio cordis eſt: et a que q̄ris diligi illi etiā appetis placere: et ibi etiā admiſcet ſe ⁊ adulatio ⁊ ſepe ſimulatio/ne forte diſplicere incipias ⁊ minꝰ diligi: turbaris etiā quādo ſuſpicaris te minus diligi q̈ deſideras/vel ſperaueras: Pauci etiā ſunt ſibi in ſenſu ⁊ affectionibꝰ et moribꝰ ita cōformes vt non ſit aliquādo diſſenſiōis materia inter eos/q̄ eſt dilectiōis aduerſatrix. Item a feminis velle diligi: etiam preter tētationis laqueū/et occupationis materiā/⁊ turbatiōis occaſiōes cōtinuas nota ſuſpicioſe obſeruatiōis nō carebit. Cōmitte te deo et ab illo diligi ſtude fideliter: et de alioꝝ circa te dilectione relinque illoꝝ arbitrio ⁊ diuine voluntati. Dilectio hoīm fallax eſt/inſtabilis/facile ledit/et ad modicū vtilis/et ſepe nociua. Si dignꝰ fueris diligeris: ſin aūt nō eſt iuſtū diligi indignū/nec vllam ei reuerētiam exhiberi.

Finiunt viginti paſſus de virtutibus bonorum religioſorum.

# Incipiunt ſermones ſancti Bonauēture: de decem preceptis domini.

SI vis ad vitam igredi ſerua mādata. Uerba iſta ſcripta ſunt in Mattheo: et ſūt verba ſaluatoris noſtri/in quibus explicatur nobꝫ ſumma totius noſtre ſalutis quantum ad duo. Primo quātum ad premium retributiōis diuine. Secūdo quātum ad meritum operatiōis humane. Primum ibi. Si vis ad vitam ingredi. Secūdum ibi. Serua mādata. Et hic rectus ordo tangitur: qꝛ finis mouet agētem vt ſe exerceat ad debitum finem. Sequamur ergo formā illiꝰ magni magiſtri. Sed anteq̄ꝫ de preceptꝭ aliquid dicamus/dicamꝰ primo de obſeruantijs preceptoꝝ. Premittit dn̄s primo motiuum: poſtea ſubiungit actum per quem poſſumꝰ deuenire ad debitum finem. ¶ Et notādum ꝙ ſunt quattuor que debēt nos mouere ad obſeruandū mandata dei. Primum eſt auctoritas mādātis. Scd̄m eſt obſeruationis mādatoꝝ vtilitas. Tertium eſt tranſgreſſionis periculū. Quartum eſt irreprehēſibilitas mādatoꝝ. Quādo ille qui mādat eſt magne auctoritatis: et obſeruatio mandatoꝝ eſt magne vtilitatis: et in trāſgreſſione eſt magnum periculum: et irreprehenſibile eſt mādatum: tunc nullꝰ poteſt habere excuſationem de obſeruatione mādatoꝝ. ¶ Primo dico dꝫ nos mouere ad obſeruandum mādata dei auctoritas mādātis: quia ille qui mandat ſcꝫ deꝰ magne auctoritatis eſt: qd̄ patꝫ ex tribꝰ. Primo qꝛ ipſe ſua magna potētia nos creat. Scd̄o qꝛ ipſe ſua mira ſapientia nos gubernat. Tertio qꝛ ipſe ſua munifica beniuolentia nos ſaluat. Primo dico ꝙ ille q̄ mādat obſeruari mandata dei eſt magne auctoritatis: quia ſua magna potētia nos creat. Job. Manꝰ tue fecerūt me. Et in Deut. dicit. Oculi vr̄i viderunt oīa opera magna dei/que fecit vt cuſtodiatis mādata eiꝰ. Scd̄o eſt magne auctoritatis: qꝛ ſua mira ſapientia nos gubernat. Eſaias. Ego dn̄s docens te vtilia: gubernās te i via qua ambulas: vtinā attēdiſſes mādata mea. ps. Seruaui mandata tua ⁊ teſtimonia tua: qꝛ oēs vie mee in cōſpectu tuo. Tertio eſt magne auctoritatꝫ: qꝛ ſua munifica beniuolentia nos ſaluat. vn̄ in Deut. Et nūc iſrael quid petit dn̄s deꝰ tuus a te niſi vt timeas ipm̄ ⁊ diligas ipm̄ et ambules in vijs eiꝰ/et cuſtodias mādata eius. Dn̄s q̄ te creauit: deus qui te gubernat: tuꝰ qui te ſaluat. Patet modo ꝙ dignitas ſiue auctoritas precipiētis dꝫ nos mouere ad ſeruādum mādata. ¶ Scd̄o debet nos mouere ad obſerdum mandata dei obſeruationis vtilitas. In ſuādo enī mādata dei eſt multiformis vtilitas que ad tres vtilitates reducit. Prima vtilitas ē impetratio diuinoꝝ chariſmatum. Scd̄a eſt reuelatio ſctāꝝ ſcripturaꝝ. Tertia eſt aſſecutio celeſtium premioꝝ. Prima dico vtilitas i ſeruādo mādata dei eſt impetratio diuinoꝝ chariſmatum. vn̄ in Johāne. Si diligitis me mādata mea ſeruate: et ego rogabo patrem meū/et dabit vobis aliū paraclytū. Scd̄a intelligentia ſctāꝝ ſcripturaꝝ. ps. Super ſenes intellexi: qꝛ mandata tua queſiui. Sed quō pueniemus ad intelligētiam ſcripturaꝝ docet Greg. vn̄ ſup illd̄. Diſcipuli qn̄ viderūt dn̄m ieſum ipm̄ non intellexerūt: ſꝫ qn̄ loquebaẜ tūc ipm̄ intellexerūt. dicit Greg. ꝙ audiendo dei precepta diſcipuli illuminati non ſunt: ſꝫ faciēdo ea illuminati ſunt. Quare? qꝛ non auditores legis tm̄ ſed factores iuſtificabūtur. Propter hoc dicit Jacobus i cano. ſua. Eſtote factores ṽbi dei ⁊ non auditores tātū/fallētes voſmetipos: qꝛ qui eſt auditor verbi dei tātum ⁊ non factor/cōparabitur viro cō

ſideráti vultum natiuitatis ſue in ſpeculo. Si videat homo decies vultum ſuum in ſpeculo/adhuc non ſciet ipm. Sed ſi videt vultum alterius hominis extra ſpeculum bene recognoſcit ipm: et hoc eſt propter fortem impreſſiõem ſpeciei ſuper organum viſus ſm rectã lineam:ſed in ſpeculo non eſt verus intuitus. Similiter quãdo homo audit verbum dei:videtur ei ꝙ ipſum intelligat/ſꝫ ſtatim recedit. ſed quãdo ponit ipſum ad experiẽtiam bene operando: tũc ipſum intelligit. Tertia vtilitas in ſeruando mãdata dei eſt aſſecutio premiorum celeſtium. Unde in Prouerbijs. Serua mãdata mea ⁊ viues:et legem meam quaſi pupillam oculi. Hec eſt ratio quare homini exiſtenti ĩ paradiſo deus dedit obſeruãtiam mãdatorum. Patet modo ꝙ ad obſeruãdum mãdata dei debet nos mouere vtilitas obſeruatiõis. ¶ Tertio debet nos mouere ad obſeruãtiam mandatorum periculum tranſgreſſionis. homo em̃ qui tranſgreditur mandata incidit in multa pericula. Primo qꝛ multa bona perdit. ſecũdo in nefanda flagitia ruit. tertio quia eterna ſupplicia meref. Primo dico debet nos mouere ad ſeruandum mãdata dei tranſgreſſionis periculum/quãdo tranſgreſſores multa bona perdũt. Unde in Leuitico. Si non audieritis vocem meam/et non feceritis oĩa mãdata mea:viſitabo vos ĩ egeſtate et calore/qui conficiet oculos veſtros et conſumet animas veſtras. Dicit viſitabo vos in egeſtate:que eſt priuatio oĩm bonoꝝ:et calore qui cõficiet oculos veſtros/et cõſumet animas veſtras:quia auferet affectum boni ⁊ intellectum veri. vnde Pſalmiſta. Dereliquit me virtus mea:et lumen oculoꝝ meorum et ipſum non eſt mecum. Secundo tranſgreſſores in nefanda flagitia ruunt. Unde in Baruch. Non obediuimus voci domini vt ambularemꝰ in mandatis eius:et abiuimꝰ vnuſqſq; in ſenſu cordis ſui maligni. Pſalmiſta. Populus meus non audiuit vocem meam:et iſrael non intendit mihi:et dimiſi eos ſm deſideria cordis eoꝝ. Tales dat dominus ĩ manus demonum. Unde in Daniele. Dixerũt pueri ĩ fornace ignis ardentis. Peccauimus:iniq; geſſimus:et preuaricati ſumus:et ſequitur eorum ignominia:⁊ traditi ſumus in manibus inimicorum noſtroꝝ iniquorum:et regi iniuſto ⁊ peſſimo ſuper terram. Tertio tranſgreſſores incidunt in periculo:quia eterna ſupplicia promerentur. Pſalmiſta. Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Maledicti:quia dicetur eis. Ite maledicti in ignem eternum. ⁊c̃. Ecce modo obſeruationis mira vtilitas:et tranſgreſſionis mira calamitas. vnde dominus per Moyſen. En (inquit) propono tibi benedictionem ⁊ maledictionem:benedictionem ſi mandata mea feceris:maledictionem ſi non feceris. Ponit nos dominus in medio et mirabiliter operatur nobiſcum. Quia quãdo aliquis vult aliquid alij oſtẽdere vtitur dupli ci ratione:ſcilicet ratione oſtenſiua/et ratione ducẽte ad impoſſibile. Sic facit dominus. Ponit hominem in medio inter celum ⁊ infernum. In celo eſt eterna gloria:ĩ inferno ſunt eterna ſupplicia. Et quãdo dominus oſtẽdit homini gloriam celi quam homo poteſt promereri ſi obſeruet eius mandata: tunc inclinat ipſum ad obſeruantiam mãdatorum per rationem oſtẽſiuam. Quando vero oſtendit homini inferni ſupplicia que promeretur ſi tranſgreditur mandata: tunc inclinat hominem per rationem ducẽtem ad impoſſibile. Ecce proponit tibi maledictiõem ⁊ benedictiõem. Dimitte iude maledictionem ⁊ accipe cum matthia benedictionem. De iuda dicit pſalmiſta. Noluit benedictionem ⁊ elongabitur ab eo.

¶ Quarto debet nos mouere ad obſeruãdum mãdata dei irreprehenſibilitas mãdatoꝝ. Eſt em̃ mãdatum irreprehẽſibile:qꝛ nõ cõtinet aliqđ impoſſibile:nec aliqđ oneroſum/nec iniquum. Primo dico debet mouere ad ſeruan-

dum mādata dei irreph̄ēſibilitas man datoꝝ:q̄ꝛ non continēt aliq̄d impoſſibi le/imo ſunt facilia ad ſeruādum. vñ in Johāne. Hec eſt charitas dei vt man: data ei⁹ cuſtodiam⁹:et mādata ei⁹ gra uia non ſunt. Habēti eñ charitatē mā data ſunt facilia:ſ; non habēti charita tem videnť difficilia. Et ponit Augu. exēplum de aue ſine plumis:et de aue cū plumis. Aui hñti plumas facile eſt volare:ſ; aui nō hñti eſt difficile. Silr̄ homini pu̇erſe volūtatis diff.cilia vidē tur mādata : ſed habēti charitatē ſunt facilia. vñ in Deut. Mādatum hoc q̄d ego precipio tibi hodie non eſt ſuper te nec ꝓcul poſitū:nec ī celo ſitū:nec trās mare poſitū:ſ; iuxta te eſt valde ſermo in oꝛe tuo vt facias illū. Scd̄o mādata dei ſunt irreph̄ēſibilia:q̄ꝛ non continēt aliq̄d onerosum. īmo ſunt ſuauia. Vñ in ecc̄o. Nihil meli⁹ eſt q̄ȝ timoꝛ dei:et nihil dulci⁹ q̄ȝ reſpicere ī mādatis dñi. ps. Deſiderabilia ſup aurū et lapidem precioſum multū : et dulcioꝛa ſup mel et fauū. Gaudiū eſt iuſto ſeruare iuſti ciam. Sed palato infecto/cib⁹ dulcis videť eſſe amar⁹. Silr̄ homini pu̇erſe volūtatis mādata dei videntur diffici: lia/licet ſint ſuauia. ¶ Tertio manda: ta dei ſunt irreph̄ēſibilia:q̄ꝛ nō cōtinēt aliq̄d iniquū. vñ Apl̄s. Lex quidē ſan: cta eſt ⁊ mādatū ſcm̄ et iuſtū et bonū. Propter hoc dicit Apl̄s. Precipio ti bi in deo q̄ viuificat oīa vt ſine macula ſerues mādatū irreph̄ēſibile. Cōiūga: mus iſta quattuoꝛ inſimul:ſc; q̄ in illo q̄ precipit eſt ſumma auctoꝛitas:q̄ꝛ ſua magna potētia nos creat:mira ſapien: tia nos gubernat : et munifica beniuo: lentia nos ſaluat. Item videam⁹ vtili: tatem obſeruationis mādatoꝝ:quarū p̄ia eſt impetratio diuinoꝝ chariſma: tum:ſcd̄a eſt reuelatio ſacraꝝ ſcp̄tura: rum:et tertia eſt aſſecutio celeſtiū pre: mioꝝ. Item videam⁹ trāſgreſſiōis pe: riculum:q̄ꝛ tranſgreſſoꝛes multa bona ꝑdūt:in nephāda flagitia ruūt:et eter: na ſupplicia ꝓmerenť. Item videam⁹ irreph̄ēſibilitatem mādatoꝝ:q̄ꝛ māda ta non cōtinēt aliq̄d īpoſſibile:nec one: roſum/nec iniquū. Et ſi iſta quattuoꝛ bene cōſiderem⁹/non eſt aliq̄s q̄ poſſit ſe excuſare de obſeruatione mādatoꝝ.

¶ Sed q̄d eſt magnū mādatum ⁊ pri mum in lege? Rñdet dñs in Mattheo. Diliges dñm deū tuum ex toto coꝛde tuo:et ex tota aīa tua:et ex tota mente tua. Scd̄m ſil̄e eſt huic. Diliges proxi mum tuū ſicut teip̄m. Ex his vniuerſa lex pēdet et ꝓphete. Aug. oſtēdit q̄ in iſto verbo. Mihi aūt adherere deo bo: num eſt. cōtinetur totum hoc q̄d dicit Diliges dñm deum tuum ⁊c̄. Debem⁹ eñ diligere deum : q̄ꝛ hoc eſt iuſtū bo: num ſanctum ſuaue ⁊ facile. vñ Aug. Dñe quis mihi es:et ego q̄s tibi: vt iu: beas me amare te:et ſi non amem te mi naris mihi ingentes miſerias. Decalo: gus facer qui datus eſt moyſi in mōte ſynai/oſtēdit q̄ōo debemus cuſtodire mandata dei:volo vobis oſtēdere q̄ ſi: cut octo partes oꝛationis ſunt funda: mentum oīm eoꝝ que exprimi poſſunt per ſermonem in grāmatica : et decem predicamenta ſunt fundamētum oīm eoꝝ que determinanť in dialectica:ſic decem precepta ſunt fundamētū et re gule oīm legum ⁊ bonoꝝ que ſunt ī mo ribus. Nec voluit dñs q̄ ſine rōne da: ta eēnt decem precepta moyſi. Dicam modo iſta decem in generali. Non ha: bebis deos alienos. Non aſſumes no: men dei tui in vanū. Memēto vt diem ſabbati ſctifices. Honoꝛa patrem tuū et matrem tuā. Non occides. Non me chaberis. Non furtū facies. Non fal: ſum teſtimonium dices. Non concupi ſces vxoꝛem ꝓximi tui. Non agrū nec aliquā aliam rem. Vt magis clari⁹ ſit hoc q̄d dicam nota q̄ lex oīs non man: dat niſi iuſticiam. Eſt eñ lex regula iu ſticie:ſ; iuſticia eſt ſc̄m quam homo ha bet oꝛdinari ad deum ⁊ ad proximum. Et ſc̄m hoc ē duplex iuſticia. vna qua oꝛdinamur ad deū:et alia qua oꝛdina: mur ad ꝓximum. Et ſc̄m hoc fuerunt due tabule date moyſi. prima:et ſcd̄a. In prima continētur mādata oꝛdinan tia nos ad deum:in ſecūda continētur mādata oꝛdinātia nos ad proximum.

¶ In prima dico tabula cõtinen᷑ mã-
data ordinãtia nos ad deum. Deꝰ aũt
eſt trinitas pr̃ et filiꝰ ꝛ ſpũſſanctꝰ. Pa-
tri attribui᷑ maieſtas. filio ꝟitas. ꝛ ſpi-
rituiſancto bonitas. In pr̃e eſt ſumma
maieſtas hũilr̃ adoranda. In filio eſt
ſũma ꝟitas fidelr̃ aſſerenda. In ſpũſan
cto eſt ſũma bõitas ſincere amãda. Sꝫ
ſi iſta tria ex eterna ordinatiõe debemꝰ
facere: neceſſe eſt in ꝑma tabl'a eſſe tria
mãdata. ſm tria appropꝛiata tribꝰ perſo
nis diuinis. In pͥmo mãdato ꝑcipitur
hũilis adoratio diuine maieſtatis: cũ
dicitur. Nõ habebis deos alienos. In
ſecundo mãdato precipi᷑ fidelis aſſer-
tio diuine ꝟitatis: cũ dici᷑. Non aſſu-
mes nomẽ dei tui inuanũ. In tertio ꝑ-
cipi᷑ diuine bonitatis ſincera dilectio.
cum dici᷑. Memento vt diem ſabbati
ſanctifices. In ſecũda tabula cõtinen᷑
ſeptẽ mãdata ordinãtia nos ad proxi-
mum. q̃ ſignifican᷑ ꝑ duo ꝑcepta legis
nature. Hoc facias alij qđ tibi vis fieri
Non facias alij qđ tibi nõ vis fieri. Et
ſm hoc eſt duplex pars iuſtitie ordinã
tis ad proximũ. ſ. innocẽtia ꝛ bñficẽtia
Mandatũ bñficẽtie eſt. Honora pr̃em
tuũ ꝛ mr̃em tuã. Hoc autẽ mãdatũ nõ
eſt ſolũ reuerẽtie: ſed etiã bñficij ꝛ obſe
quij. ꝛ nõ eſt in pr̃e ſolũ: ſed in oĩbꝰ que
a pr̃e procedũt. Mãdatũ innocẽtie ne-
ceſſe eſt multiplicari: qꝛ hoc mandatũ
ꝯſiſtit in hoc vt caueas ab offenſa proxi
mi tui. Eſt aũt triplex offenſa in aĩo: in
ꝟbo: et in facto. Offenſa in facto eſt tri
bus modis. ſm ꝙ hõ tribus modis põt
offendere proximũ. ſ. in ꝑſona propria/
in ꝑſona ꝯiuncta/ ꝛ in poſſeſſiõe terreno
rum. Et ſm hoc ſũt tria mãdata. Non
occides. Nõ mechaberis Nõ furtũ fa
cies. Dehinc ſequi᷑ offenſa in ꝟbo: con
tra quã eſt vnũ mandatũ. Non falſum
teſtimonũ dices. Per falſum aũt teſti
moniũ ſignifican᷑ oĩa q̃ hõ põt dicere
ꝯ proximũ ſuũ. Offẽſa aũt in aĩo duas
habet radices: ſm duplicẽ ꝯcupiſcẽtiã
qꝛ eſt cõcupiſcentia carnis ꝛ ꝯcupiſcẽ-
tia oculoꝝ. Cõtra ꝯcupiſcentiã carnis
eſt vnũ mandatũ. Non ꝯcupiſces vxo-
rem ꝓximi tui. Contra cõcupiſcentiã
oculoꝝ eſt aliud mandatũ. Non agrũ.
nec aliquã aliã rem. Patet modo in ge
nerali q̃ ſunt decẽ precepta. ꝛ penes qđ
accipiantur.

Aſcende ad me in montẽ: ꝛ
dabo tibi duas tabulas la-
pideas ꝛ legẽ et mãdata q̃
ſcripſi: vt doceas filios iſ-
rael. Exo. xxiiij. pſ. Decli-
nate a me maligni: ꝛ ſcrutabor mãdata
dei mei. Legitur ꝙ beatꝰ Greg. q̃ fuit
papa et doctor eccl'ie habuit cõſuetu-
dinẽ: ꝙ qñ ibat ad ſtudiũ legis diuine:
ſemꝑ dixit iſta ꝟba. Declinate ꝛc̃. Et
queſitũ fuit ab eo q̃re hoc faceret. Et
rñdit petro cui cõſueuit dicere ſecreta
ſua: ꝙ experimẽto didicit: ꝙ qñ cogita-
revoluit in lege dei: ſentiebat demones
ſemꝑ ſibi aduerſantes. In alijs ſubtili-
tatibꝰ inſtigabãt demões: qꝛ in ipĩs nõ
vidẽt dãnũ ſuũ: imo expectãt ſuũ emo-
lumentũ. Sꝫ qñ fit mẽtio de documen
tis ꝟitatis: ꝑ que fugan᷑ demões: tũc
princeps tenebrarũ occurrit armatus
modo ꝑ occupatiões: mõ per phãtaſti-
cas illuſiões: ꝛ niti᷑ reuocare aĩos ho-
minũ a ſtudio ꝟitatis. Sꝫ verum eſt ꝙ
verba iſta. Declinate a me ꝛc̃. dixit gre
go. ſicut vir ſanctꝰ: qui tunc habuit vir-
tutẽ compeſcendi. Sed ego nõ ſum ex
illis. Ideo in ꝑncipio rogemꝰ dñm: vt
imperet demonibꝰ ne nos impediãt. et
vt det nobis mẽtes ſerenas ad intelligẽ
dum ꝟba de mandatis. ¶ Aſcende ad
me ꝛc̃. Dñs dixit moyſi ꝟbũ iſtud. Et
moyſes audito ꝟbo aſcendit in montẽ.
et accepit duas tabulas lapideas: ꝛ le-
gem ꝛ mãdata. In quo ſignifica᷑ ꝙ ſi
volumꝰ ꝑuenire ad intelligentiã mãda
torum dei: debemꝰ aſcẽdere in mõtẽ. i.
in eminẽtiã mẽtis: qꝛ ſm impreſſionem
lucis eterne lex nature eſt nobis data:
et ſm illã lucẽ documẽta legis diuine
ſuſcepimꝰ. Tangebã vobis aĩas ꝙ cer-
tum eſt ꝙ ens per ſe primo cadit in ani-
mam. Ens autẽ aut eſt creatũ aut in-
creatum. ꝛ ſm hoc eſt duplex iuſticia.
Una per quã ordiamur ad ens increa-
tũ. alia per quã ordinamur ad ens crea
tum. Et ſm hanc duplicẽ iuſticiã eſt

duplex tabula moyſi data.ſ. pma ⁊ ſe-
cunda. In prima dant mādata: p q̄ or-
dinamur ad ens increatū. In ſcđa dan
tur mandata: per q̄ ordinamur ad ens
creatū. Ens aūt increatū eſt cauſa om-
nium reꝝ: efficiens: formalis: exempla-
ris ⁊ finalis. Ens etiā increatū hꝫ potē
tiam: ſapientiā: et beniuolentiā: ⁊ pdu-
cit omnia in eſſe. Et iſta tria approprian
tur tribus pſonis diuinis in trinitate.
Maieſtas appropriat pri: ꝟitas filio:
et bōitas ſpūiſancto. Sūma maieſtas
in patre hūiliter eſt adoranda. Sūma
ꝟitas in filio fidelr eſt aſſerenda. Et di-
uina bonitas in ſpūſctō ſincere eſt amā
da. Iſta dicta fuerūt in gñali. Sed qꝛ
ſermōes de mādatis in vniuerſali ſunt
inutiles: niſi dicant in ſpāli. iō opꝫ ex-
plicare de mādatis in ſpāli. In genera
li dictū eſt ꝙ ſunt decē mādata. quorū
tria ſunt in pma tabula. Dicā vobis ge
nerale documentū. ꝙ eterna dei ſapien
tia q̄ ſcpſit tablas iſtas: breuiſſimo mō:
⁊ clariſſimo mō: ⁊ facillimo mō quo po
tuit tradidit. Tradidit aūt breuiſſimo
mō: ne oneraret nr̄a memoria. Clariſſi-
mo mō ne obfuſcaretur nr̄a intelligen-
tia facilimo mō ne reuocaret nr̄a volū-
tas. Hec eſt rō q̄re p ꝟba q̄to breuiora
potuit ⁊ quanto clariora ⁊ faciliora et
p act⁹ ſinodochicos data ſūt mādata.

PRimo videamus de primo
mandato: ſicut videmus in
alijs reb⁹ ꝙ primū opus eſt
fundamentū omniū ſubſe-
quentium. ſic primum man-
datum eſt fūdamentū omniū aliorum
mandatoꝝ. ¶ Prima ꝟba de manda-
tis ſunt illa. Ego ſum dn̄s de⁹ tuus: q̄
eduxi te de terra egypti. de domo ſerui
tutis. Nō habebis deos alienos coram
me. Nō facies ſculptile. nec ſimilitudinē
eorū q̄ in celis ſūt: neqꝫ q̄ in terris: neqꝫ
eoꝝ q̄ in aquis ſunt. Nō adorabis neqꝫ
coles ea. Ego dn̄s deus tu⁹ fortis zelo
tes viſitans iniquitatē patrum in filios
vſqꝫ in tertiā ⁊ quartā gñationem: ⁊ fa-
ciēs miam in milia his q̄ diligunt me.
Ad plenā mandatoꝝ explanatiōem cō
currunt tria. Quedā que pertinēt ad
mādati cognitionē. ⁊ iſta debent pmit
ti. quedā que pertinēt ad mādati obſer
uantiā: et iſta debēt ſubiungi. q̄dā q̄ p-
tinēt ad mandati integritatē: ⁊ iſta de-
bent interponi. ¶ Primo dico ꝙ ſunt
quedā q̄ pertinēt ad mādati cognitio-
nem: ⁊ iſta debēt pmitti. ⁊ ſunt duo fun
damenta fidei. Primū eſt noticia crea
toris. Scđm eſt noticia repatoris. Iſti
ſunt duo radij ſiue duo oculi dirigen-
tes nos ſemp in viā mādatoꝝ dei. Ho-
mo prius apit oculos q̄ꝫ ambulet. Sic
dꝫ hō prius cognoſcere mādata per fi-
dem q̄ꝫ exequat mandata. Ad cogno-
ſcēdū aūt creatorē dicit. Ego dn̄s de⁹
tuus. Ego dn̄s. hic īſinuat potētiā dei
pris. de⁹: hic inſinuat ſapientiā filij. tu⁹
hic inſinuat bonitatē ſpūſſcti. In hoc
autē ꝙ dr̄. ego: notat idētitatē eſſentie
et in hoc notat deū trinū ⁊ vnū creato-
rem vniuerſoꝝ. Qui eduxi te de terra
egypti. hic notat donū repatiōis p ver
bum incarnatū. Oib⁹ loquit dn̄s q̄b⁹
dedit pceptū. ⁊ oib⁹ precepta dedit. lꝫ
prio daret ipſa filijs iſrael. Vn̄ ꝙ dicit.
Qui eduxi te ⁊c̄. dictū eſt non ſolū he-
breis p ipis quo ad corporalē eductio
nem de egypto. ſed gñalr pro toto gñe
hūano q̄ ad eductionē de egypto eter-
ne dānatiōis. de peccato pmi homis:
ex quo educimur p ꝟbū icarnatū. Qꝛ
ſicut illi educti ſunt de egypto poſt co-
meſtionē agni paſchal. ⁊ p aſpſiōnē ſan
guinis ei⁹ liberati ab angelo extermina
tore. ſic nos educimur de ſuitute dia-
bolica p eſum carnis verbi incarnati in
ſacramēto altaris. ⁊ per ſanguinē eius
in baptiſmo. qꝛ ſm aplm. Quicūqꝫ ba-
ptizati ſum⁹ in xp̄o ieſu in morte ipſius
baptizati ſum⁹. Hec ꝟba dicit tota tri-
nitas. Dicit igit. Ego ſū cui debes obe
dire ⁊ quē debes adorare. Et dr̄. Ego
ſcꝫ q̄ te feci in eſſe nature ⁊ in eſſe grē.
Debem⁹ ergo dicere. Dn̄e tu es quem
debem⁹ adorare. cui debemus ſeruire.
tu es qui nos creaſti: tu es q̄ nos rede-
miſti. pſ. Qm̄ ipſius eſt mare et ipſe fe-
cit illud. Sequit. Venite adoremus ⁊
ploremꝰ ante dn̄m q̄ fecit nos ⁊c̄. Nos
popul⁹ paſcue ei⁹ ⁊c̄. Sine iſtis duob⁹

fundamẽtis fidei.ſ. ſine noticia creato-
ris et reparatoris nihil intelligere poſſu-
mus. Ut autẽ intelligam⁹ iſta oportet
ſcire amminiculãtia quedã. Scitis vbi
eſt p̃ma cognitio nobis data de mãda-
tis? Certe moyſes ſcpſit per ſpm̃ſanctũ
Sed qualiter habuit iſtã cognitionẽ?
Certe quando domin⁹ apparuit ei. Et
Et quõ apparuit ei? Certe in igne flam
me rubi ardentis. Et tunc dixit moy-
ſes. Quis es tu dñe? Et reſpondit do-
minus. Ego ſum q̃ ſum. Et tunc dedit
ei d.is duo.ſ. lumen eſſentie eternitatis,
et lumen veritatis eterne. Rubus arde
bat. In hoc oſtẽdit nobis myſteriũ in-
carnationis humane. Iſta duo ſunt lu-
mina et principalia fundamẽta fidei.ſ.
lumen eſſentie eternitatis: et myſteriũ
incarnationis. Et quando facim⁹ crucẽ
in fronte in noĩe p̃ris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti
amen. recognoſcim⁹ trinitatẽ ⁊ redem-
ptorem. Cũ dicit homo. in noĩe p̃ris et
filij et ſpũſſancti: recognoſcit trinitatẽ.
¶ Cum facit crucẽ in fronte recognoſcit
redemptorẽ. Patet mõ quõ quedã va-
lent ad mãdati cognitionẽ q̃ debẽt pre-
mitti: ⁊ iſta ſunt duo fundamẽta fidei:
ſcʒ noticia creatoris ⁊ redemptoris.

¶ Secũdo ſunt quedã q̃ valẽt ad mã-
datorum obſeruantiã. ⁊ iſta debẽt ſub-
iungi. Oĩa mãdata aut ſunt affirmati-
ua: aut negatiua. Affirmatiua ſunt: vt
homo faciat bonũ. Negatiua vt homo
vitet malũ. Sed ĩpoſſibile eſt vt homo
vitet malum: niſi per timorem: et q̃ fa-
ciat bonũ niſi per amorem. ꝓpter hoc
ad obſeruãtiam mandatorum duo ſũt
neceſſaria: ſcilicet timor et amor. Auis
non poteſt volare ſine duabus alis. nec
homo poteſt ambulare ſine duob⁹ pe-
dibus. Simil'r non eſt perfectus obſer
uator mandatorũ dei: niſi ſit repletus
timore et amore. Sed non repletur ho-
mo timore: niſi ex conſideratione ſeue-
ritatis diuine. nec repletur amore niſi
ex conſideratione bonitatis diuine.
Iſta igitur duplex conſideratio eſt ho
mini neceſſaria. Sequitur. Ego domi-
nus deus tuus fortis zelotes viſitans
iniquitatẽ patrum in filios vſq̃ in ter-
tiam ⁊ quarta in generationem. Fortis
zelotes: id eſt fortiſſimum habens ze-
lum: ſcilicet eorum qui oderũt me. Ui-
ſitans iniquitatẽ patrum in filios. non
q̃ propter peccata actualia patrũ eter
naliter puniat filios: ſed cum filij fue-
rint imitatores paternorum ſcelerum:
punit peccata patrum cum peccatis
ipſorum vſq̃ ad tertiam ⁊ quartam ge-
nerationem: ſcilʒ temporaliter. Hoc au
tem dicit vt timeam⁹: et per timorem a
malo declinem⁹. Unde in eccl'iaſtico.
Deum time et mandata eius obſerua.
Hoc eſt omnis homo. i. ad hoc eſt om-
nis homo. Uis mereri vt ad ſummũ cõ
plementũ puenias: certe time deũ. Sʒ
quomõ timebo? Certe q2 dñs ẽ fortiſſi-
mus zelator. Item cũ hoc etiã oportet
amare ipſum: q2 ipſe dicit de ſe. Et faci-
ens miam in milia his qui diligũt me.
Dicit q̃ viſitat iniquitatẽ patrum in fi
lios vſq̃ in tertiã ⁊ q̃rtã gñationẽ. et fa
cit miam in milia his q̃ diligũt eũ. In
hoc oſtẽdit nobis q̃ dei mĩa ⁊ benigni-
tas tranſcẽdit vltionẽ iniquitatũ. Qñ
cor hominis dilatat̃ p amorẽ: tunc hõ
faciliter ſeruat mãdata. pſ. Uiã man-
datorũ tuorꝫ cucurri cum dilataſti cor
meũ. Omnis cõſummationis vidi finẽ la
tum mandatũ tuũ nimis. Dicit q̃ lata
eſt via mandatorꝫ: ſed q̃buſdã videt̃ ar-
ta. Certe amãtib⁹ eſt lata: ſed nõ amã-
tibus eſt arta. Patet mõ quõ ſcʒ timor
et amor valent ad obſeruantiã manda-
torum.

¶ Tertio q̃dã valẽt ad integri
tatem mandatorꝫ. ⁊ iſta debẽt interpo-
ni. i. in medio poni. ⁊ hoc tãgit cũ dicit
Nõ habebis deos alienos corã me. Nõ
facies ſculptile: neq̃ ſimilitudinẽ eorũ q̃
in celis ſunt: neq̃ q̃ in terris. neq̃ eorũ
q̃ in aquis ſunt. Ibi p̃cipit̃ latria: q̃ eſt
ſoli deo cult⁹ debit⁹: et ex hoc nulli alij
eſt debit⁹. Cultũ aliorũ deus ꝓhibuit
in negatiua: ⁊ implicuit cultũ dei in af
firmatiua. Sed in nouo teſtamento ex
plicuit in affirmatiua cultum dei chri-
ſtus quãdo dicit. Dñm deum tuũ ado
rabis: et illi ſoli ſeruies. Sed quare ꝓ-
hibuit deus cultũ aliorũ in negatiua:
et non explicuit cultum dei in affirma-

tiua: Certe q2 facillimo modo dare vo luit mãdata: ⁊ reuocare in negatiua ab idolatria. vt implicaret cultũ dei in affirmatiua. Et nota q2 ipẽ reuocabat ab omi idolatria: q2 omẽ qd adorat aliud a deo: aut eſt creatura itellectualis: vt angeli ⁊ demones: aut natura corpalis vt celum ⁊ terra ⁊ aqua ⁊ hmõi: aut eſt figmentum humane mentis. Nũquid ens ſufficiẽter diuidit per corporeum ⁊ incorporeũ. quare ergo poſuit figmẽtum qd nihil eſt? Dico q idolũ nihil eſt imo fert ad illud qd eſt in eſtimatione. Et videte quomõ ſcriptura ſacra procedit: creaturã intellectualẽ ponit in ſupmo. figmẽtum in medio: ⁊ naturam rei corporalis in imo. Unde pmo phibet idolatriã reſpectu creature intellectualis: cũ dicit. Nõ habebis deos alienos. Scdo phibet idolatriã reſpectu figmẽti humane mẽtis. cũ dicit. Non facies ſculptile. Tertio phibet idolatriam reſpectu nature corpalis: ⁊ hoc reſpectu celeſtiũ: terreſtriũ: ⁊ inferiorũ: cũ dicit. Neq3 facies ſilitudinem eo q̃ in celis ſunt: neq3 que in terris. neq3 eorũ que in aquis ſunt. Primo phibet hic idolatriam reſpectu celeſtiũ. ps. Qm omes dij gentiu demonia: dñs autẽ celos fecit. Scdo phib3 idolatriã reſpectu terreſtrium. Uñ Pſal. Cõfundant omes qui adorant ſculptilia: ⁊ qui gloriãtur in ſimulacris ſuis. Qz homo incuruet ad adorandũ figmentũ ſuũ: hoc eſt per uerſio ſumma. Tertio phib3 idolatriã reſpectu inferiorũ. Uñ apl's. Qui commutauerũt gliam incõmutabilis dei. Sequit. Et ſeruierũt creature potius q̃ creatori. Ecce quõ vera adoratio dei implicatur: et oĩs idolatria phibetur. Habemus modo preãbula ad mandata que ſunt noticia creatoris ⁊ reparatoris: timor ⁊ amor: ⁊ phibitio idolatrie reſpectu ſupiorũ: mediorũ ⁊ inferiorũ. ¶ Dico vltra q nos xpiani vlteri9 debemus videre q̃ nobis patefacta eſt veritas. Et pm tria que phibent magna luce et vera nobis apparuit. Prohibentur autẽ tria p que auertit mens hũana a reuerentia creatoris ſui. ⁊ p tria q̃ prohibentur nobis: phibent nobis omnes prophane pactiones demonũ. ibi. Non habebis deos alienos. Prohibẽtur etiã omnes falſe ſupſtitões adinuẽtionis errorũ. ibi. Non facies ſculptile. Prohibẽtur etiã omes puerſe appreciationes mũdialiũ naturarũ ibi. Neq3 ſilitudinẽ eorũ que in celis ſunt ⁊c. Dico ergo q in pmo verbo. Non habebis deos alienos corã me: phibent omnes prophane pactiões demonũ: ſiue ſint p incantationes verborum: ſiue p inſcriptiones caracterũ et imaginũ. ſiue per imolationes ſacrificiorũ. In iſtis trib9 conſiſtunt omnes artes magice. Prohibẽtur igitur omnia ex quib9 oriunt pphane pactiões demonũ: ſiue ſint ad tranſmutationẽ naturarũ: ſicut fecerunt magi pharaonis: ſiue ſint ad ludificationẽ ſenſuũ: ſicut faciũt incantatores ⁊ hiſtriones. ſiue ſint ad inueſtigationẽ futurorũ contingẽtiũ. Omnia talia vocat augu. pactiones demonum. In talib9 attribuit creature qd deberet attribui creatori. Et tales peccãt contra pmũ verbũ mãdati: qd eſt. Nõ habebis deos alienos corã me. De talibus dicitur in canti. Deute. Prouocauerũt eum in dijs alienis: ⁊ in eo q̃ non erat deus ad iracundiã cõcitauerunt. Et iõ dt apl'9. Tradidit eos de9 in paſſiões ignominie. Et deus tradit eos in manu9 demonũ. Habem9 exẽplũ hui9. Quidã litterat9 diu ſtuduerat q̃liter poſſet effici diues. ⁊ fecit linguã ſuam venalẽ longo tpe: ⁊ tñ ſp egebat. Cogitauit ex q̃ nõ poſſum ditari p deũ: ditabor p diabolũ. Queſiuit magum inter iudeos ⁊ xpianos: ⁊ nõ inuenit. Cogitauit: egoipẽ expiar ſi potero p diabolum effici diues. Juit in viã quandã vmbroſam ⁊ ſaxoſam iux torrẽtẽ: ⁊ dixit. Ubi es demon q̃ ſẽp q̃ris decipe hoĩes. ego ſum hic vt dem me tibi. Prima vice nõ venit: quia forte de9 adhuc noluit permittere. nec ſcda vice venit. tertia vice venit et dixit. Quid petis a me? Reſpondit ille. Ut facias me diuitẽ. Cui diabolus. Prius adorabis me. Et tũc ille incuruauit ſe: et adorauit illum.

Et ludificauit eum diabol⁹: quia tunc habuit poteſtatē in eum. fecit ꝙ om̄es illi lapides videbant̄ ei eſſe aurū. Et dixit ei diabolus. Accipe ſatis de auro. Et tunc ille gaudēs onerauit ſe de lapidibus: et cum venit domi: poſuit lapides in quendā locum illius dom⁹: ꝛ inceperunt ardere lapides: ꝛ cōbuſta eſt dom⁹: ꝛ qcquid in ea fuit. ita ꝙ ipſemet vix euaſit. et cogitauit. Nō curo: qꝛ ibo ad locum vbi plurimū aurum dimiſi. Et accedēs īuenit ꝙ eſſent ibi lapides: qui prius videbantur ei aurum puriſſimum. Et ſic ludificat⁹ eſt. Patet modo quomō in primo ꝟbo prohibentur om̄es ꝓphane pactiones demonum.

¶ In ſecundo ꝟbo. Nō facies ſculptile ꝓhibentur om̄es falſe ſuperſtitiones adinuentiōis errorum. Omnis enim error eſt fictio mentis. Errorē autem facit phantaſia obnubilās rōnem: q̄ facit ꝙ illud qđ non eſt videatur eſſe. Prohibentur autē omnes ſupſtitioſe adinuētiones errorū: ſiue procedant ex improbo auſu inueſtigatiōis philoſophice: ſiue ex ꝑuerſo intellectu ſacre ſcp̄ture: ſiue ex inordiato affectu carnalitatꝭ humane. ¶ Ex improbo auſu īueſtigationis philoſophice ꝓcedūt errores in philoſophis. ſicut ponere mundū eternum hoc eſt ꝑuertere totā ſacram ſcpturam et dicere ꝙ fili⁹ dei non fuerit incarnatus. ꝛ ponere ꝙ vn⁹ ſit intellect⁹ in omnibus. hoc eſt dicere ꝙ non ſit veritas fidei. nec ſalus animaꝝ. nec obſeruātia mandatorum. et hoc eſt dicere ꝙ bon⁹ homo dānatur: et malus ſaluatur. Ponere igitur ꝙ ſit vnus intellect⁹ in omnibus: prouenit ex improbo auſu inueſtigatōis philoſophice. Et tales ponūt ꝙ impoſſibile eſt mortale deuenire ad īmortalitatem. Et qui hec cōfingit tuetur et imitatur: incedit contra ſecundū verbum mandati. Non facies ſculptile Et ſꝫm hoc et fictor ꝛ defenſor ꝛ imitator omnes ꝓhibentur. ¶ Itē prouenīunt in aliquib⁹ errores ex peruerſo intellectu ſacraꝝ ſcripturarum. ſicut hereſes hereticorum q̄ male ſentiunt de trinitate et ſpiritu ſancto. Tales ſunt arriani: ſabelliani: ꝛ donatiſte: ꝛ pelagiani ꝛc. ¶ Tertio adinuentiones errorū ꝓueniunt ex inordinato affectu carnalitatis humane. De numero taliū eſt ſecta epicureoꝝ: que dicit nullam aliam vitam eſſe niſi iſtā. et ſecta nicholaitaꝝ que dicit ꝙ licet quelibet facere turpiter cum qualibet. Saraceni etiā qđ dicūt nō habēt ex ſacra ſcriptura. nec ex altitudīe ſapientie diuine. Om̄es igit̄ errores vndecūq3 ꝓuenīāt: tanq3 ſculptilia debēt abominari: qꝛ peccāt contra hoc mādatum. Non facies ſculptibile. Unde Hiere. Stult⁹ factus eſt omnis homo a ſciētia ſua. i. ab inueſtigatiōe ꝓpria ꝛ nimie philoſophie ꝯfuſus eſt artifex omnis in ſculptili. vana ſunt eorum opera et riſu digna: ꝛ in tēpore viſitatiōis ſuepibunt. Standum igitur eſt ſuper hoc qđ lumina fidei dictant. ꝛ quicqđ huic aduerſat̄ totum dꝫ abominari. Quando audiui de ariſtotele dum fui ſcholaris ꝙ ipſe poſuit mundū eternum. ꝛ audiui ratiōes ꝛ argumenta q̄ fiebant ad hoc. incepit concuti cor meum: ꝛ incepi cogitare quomodo poteſt hoc eſſe. Sed modo ſunt iſta ita manifeſta ꝙ null⁹ poſſit dubitare. Patet modo qūo in ſecūdo ꝟbo. Nō facies ſculptile ꝓhibentur om̄es falſe ſupſtitiones adinuētiōis erroꝝ. ¶ In tertio verbo. Neq3 facies ſil'itudinē eorum que in celis ſunt ꝛc. ꝓhibent̄ omnes ꝑuerſe appreciationes creaturarū Omnis autē ſuperflua appciatio creaturaꝝ procedit aut ratiōe ſublimitatis aut ratione ſufficiētie: aut ratione delectatiōis. Primo mō eſt idolatria ſuperborum. Scđo modo eſt idolatria auarorum. Tertio modo eſt idolatria laſciuorum. Cōtra pͥmos dicit̄. Non erit in te deus recens: neq3 adorabis deū alienum. Contra ſecūdos dicit apoſtolus. Auaricia eſt idolorū ſeruitus. Contra tertios dr̄ apl's. Quoꝝ de⁹ venter eſt. Alias plen⁹ ꝓſeq̄mur.

Non aſſumes nomē dei tui inuanū: neq3 inſontē habebit domin⁹ eum qui aſſumpſerit nomen dei fruſtra.

Pſalm̄. Seruus tuꝰ ſum ego: da mihi intellectū vt ſciā teſtimonia tua. Ideo dilexi mandata tua ſup aurum ⁊ topaziō. Propterea ad om̄ia mādata tua dirigebar: omnē viā iniquam odio habui. Dauid propheta dicit in vbis iſtis qua de cauſa loqui debemꝰ de mandatis dei ⁊ oſtendit rationē triplicē. Prima eſt vt inflāmemur ad dilectionem mandati. Nihil enim ita eſt neceſſariū ſicut diligere dei legem et mandata eiꝰ. Ideo dicit. Iō dilexi mādata tua ⁊c. Secundo debemꝰ loqui de mandatis dei vt meliꝰ cognoſcamus ea. Quanto enim homo frequentiꝰ vadit per viam aliquam: tanto meliꝰ cognoſcit eā. Vn̄ Grego. Homo cognoſcit viā frequentius vadēdo. Sed via eundi in patriā eſt in ſeruādo mādata dei. Sed nō cognoſcit homo mandata dei niſi audiendo loqui de mandatis. Ideo dicit. Da mihi intellectū ⁊c. Tertio debemꝰ audire mandata vt odio habeamꝰ iniquitates. Quando homo incipit cognoſcere peccatum: ⁊ iniquitatē: et peccati deordinatiōes: que ſunt cōtra deum: tunc incipit deteſtari peccatū. Debemus igitur loqui de mādatis: vt ipa diligamꝰ: et per ea in via ad celeſtem patriam dirigamur: ⁊ iniquitatē odio habeamus. Et vt hec tria poſſimꝰ conſequi. Ideo in principio ⁊c. ¶ Non aſſumes ⁊c. Dixi ꝙ decē ſunt mandata decalogi. que ſunt fundamenta omnium legum. Quorum tria cōtinentur in prima tabula: que ſunt ordinantia nos ad deum trinū et vnum. Et hec ſunt tria ſm̄ appropriata tribus perſonis diuinis. In diuinis enim eſt paternitas: filiatio: et proceſſio. Et ſm̄ hec ſunt tria appropriata tribus perſonis diuinis. Patri appropriatur maieſtas. Filio veritas. Spirituiſācto bonitas. Iſta tria reſpiciunt triplex genus cauſe: ſcilicet cauſam efficientem: exemplarem: et finalem. Patri attribuitur cauſa efficiens filio cauſa exemplaris: quia eſt ymago patris. et ſpirituiſancto cauſa finalis. In patre eſt ſumma maieſtas humiliter adoranda. in filio ſumma veritas fideliter aſſerenda. in ſpirituſancto ſumma bonitas ſincere amāda. Et ſm̄ hec tria neceſſe eſt in prima tabula eſſe tria mādata. Primū eſt. Non habebis deos alienos corā me. Secundū eſt. Non aſſumes nomen dei tui inuanū. Tertiū eſt. Memento vt diem ſabbati ſanctifices. De primo mandato dictum eſt: ꝙ quedam premittūtur ad mādati cognitionem. quedā ſubiungūtur ad mandati obſeruantiā. et quedā interponūtur ad mandati integritatem. Dictū etiam fuit ꝙ in verbo iſto. Nō habebis deos alienos corā me. prohibetur om̄is idolatria reſpectu creature intellectualis. Scđo prohibetur idolatria reſpectu figmenti humane mētis: cū ſubdit. Non facies ſculptile. Tertio prohibetur idolatria reſpectu nature corporalis. ⁊ hoc reſpectu celeſtiū terreſtriū ⁊ inferiorū. Cum dicit. Neqꝫ ſimilitudinē eorū que in celis ſunt ⁊c. Dictum etiam fuit: ꝙ in hoc verbo. Non habebis deos alienos coram me: om̄es pactiones demonum prohibētur: ſiue ſint per incantationē verborum: ſiue per inſcriptiones characterū: vel imaginum: ſiue per immolationē ſacrificiorum. In iſtis tribus conſiſtunt omnes artes magice. Dictum etiam fuit ꝙ in ſecūdo verbo. Non facies ſculptile: prohibentur om̄es falſe ſuperſtitiones adinuentiōis errorum. Et circa hoc dictum fuit ꝙ om̄is error prouenit: aut ex improbo auſu inueſtigatiōis philoſophice: aut ex peruerſo intellectu ſacre ſcripture: aut ex inordinato affectu carnalitatis humane. Propter primum proueniunt errores in philoſophis: ſicut ponere mūdū eternum: et hmōi. Propter ſecundum proueniunt errores in hereticis q̄ male ſentiunt de trinitate et ſpiritu ſancto Propter tertiū proueniunt errores in epicureis: qui dicūt nō aliam vitā eſſe niſi iſtam. In tertio verbo. Neqꝫ facies ſimilitudinem eorū que in celis ſunt ⁊c. prohibentur omnes peruerſe appciationes creaturarū. Et circa hoc dictū fuit ꝙ om̄is peruerſa appreciatio creaturarum: aut eſt rōne ſublimitatis: aut ra-

tione ſufficiẽtie: aut rõne delectatiõis. Primo modo eſt idolatria ſuperborũ. Scd'o modo auarorũ. Tertio mõ laſciuorum. Iſta dicta fuerũt de p̃mo mandato. Modo dicebam q eſt triplex idolatria. Pactiões demonũ. ſupſtitiões adinuẽtionis errorũ. ⁊ peruerſe appreciationes creaturaꝝ. In pactionib⁹ demonum eſt ſumma omniũ viciorũ malicia: et radix omniũ malorum. Ex his tribus idolatrijs ꝓcedunt oẽs falſitates ⁊ peccati deordinatiões: quibus miſera aĩa ſubijcit demonib⁹. Unde in Apoca. xvj. Vidi de ore draconis et de ore beſtie ⁊ de ore pheudo prophete exire ſpũs tres ĩmundos in modum ranarum. Per dracone ſignificat pactiones demonũ. Per pſeudo prophetam ſupſtitioſe adinuẽtiões errorum. Per beſtiam peruerſe appciationes creaturarum. Et oĩa iſta prohibent in p̃mo mandato. Et ſicut de⁹ in prima creatione quodãmodo oĩa produxit. ſic in primo mandato omnia mala prohibet. licet ad maiorẽ explanationẽ plura ponat mãdata. ¶ Obmiſi dicere qd iudei aliqñ inſultant nobis: q non ſeruamus mandatũ illud: ⁊ imponũt nobis q illud trãſgredimur. In iſto mãdato continẽtur tria verba. Nõ habebis deos alienos corã me. Non facies ſculptile: neq ſimilitudinẽ eoꝝ que in celis ſunt ⁊c. De primo v̈bo dicũt q dicit dominꝰ. Audi iſrael. Dñs deus tu⁹ vnus eſt: et vos dicitis trinitatẽ. prẽm ⁊ filiũ et ſpm̃ ſanctum. Item dicũt q facim⁹ ſculptile: quia eccleſie plene ſunt imaginibus. De tertio q ꝓhibet de⁹ adorari corpalẽ naturã. dicũt q adoram⁹ fruſtũ panis: ⁊ hoc maxime videt eis abſurdũ. De p̃mo q dicunt q adoramus tres deos: dico q ſi adorarem⁹ tres pſonas: ita q dicerem⁹ q ibi eſſent tres dij ⁊ triplex eſſentia: oporteret q adoraremus deos alienos. Sed nos adoram⁹ patrem ⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ſanctũ ſicut vnum deum et vnã eſſentiã. Unde ſicut videmus q in homine eſt pluralitas naturarũ. ſ. intellectualis ⁊ hũana. et tñ eſt ibi vna pſona. ecõtra in diuinis eſt vnitas eſſentie: et pluralitas perſonarum.

Dixit quidã iude⁹. Uos dicitis q de⁹ filium habet: quare nõ hꝫ vxorem? Iſti iudei viliſſime intelligũt. De⁹ pater habet verbũ ⁊ ſpm̃ſanctũ. verbum habet per qd omnia fecit. ſpm̃ſanctũ habet p quem oĩa conſeruat. Verbũ manat a dicẽte: et eſt de⁹ de deo. Silr ſpũſſanctus ſpirat: ⁊ eſt deus in deo. Sol⁹ ſpirituſſanct⁹ eſt: q̃ profunda cordiũ ſcrutatur: et ille eſt de⁹. Unde homo q̃ iſta vult itelligere: ⁊ de iſtis loq: oportet q habeat eleuatiſſimas cogitatiões: non pedeſtres: quia aliter non põt intelligere altiſſima de deo. Qñ ponimus trinitatem non ponim⁹ xp̃m purũ: ſed deũ cum homie. ¶ De ſcd'o q dicũt. Non facies ſculptile: ⁊ nos ponimus plures imagines in eccleſijs: dico q impoſſibile eſt diuinitatẽ ſculpi. ſed facim⁹ chriſti effigiem: chriſti dico humanati. Uñ Eſt in natura ꝓpria de⁹ abſq figura. Cur ideo pict⁹: q2 carne probat amict⁹. Et dico q eſt duplex adoratio. ſ. dulie et latrie. Adoratione dulie poſſumus adorare illos in qb⁹ eſt poteſtas: ſapiẽtia: ſanctitas. Et ſic adoram⁹ principes prelatos: ſicut in quibus eſt poteſtas. Adoram⁹ ẽt illos q̃ excellẽtiã hñt philoſophie ſicut illos ĩ qb⁹ eſt ſapia. ⁊ ſic q̃nquageari⁹ adorauit hely. Itẽ adoram⁹ ſanctos in patria ſicut illos in q̃bus eſt ſcitas. imaginib⁹ eoꝝ exhibenda eſt adoratio dulie: nõ inq̈tum imago vel picture: ſꝫ rõne illi⁹ qd p ipſam ſignatur. Soli aũt deo exhibẽda eſt adoratio latrie. Et in hoc ꝓhibent oẽs ꝓphanc pactiones demonũ: et oẽs falſe adinuentiões ſupſtitiõis erroꝝ: ⁊ oẽs puerſe appciatiões creaturaꝝ. De tertio qd maxie abhorrẽt. ſ. de corpe xp̃i. hoc ſecretiſſimũ fuit: ſed mõ eſt ꝓmulgatũ. Aliqñ dixerũt aliqui q non eſſet de⁹ ibi niſi in ſigno. Sed intelligẽdũ eſt q ad ꝓlationẽ v̈bi ſacerdotis: ⁊ intentionẽ dicẽtis: ſubſtãtia panis ſtati conuertit in corpus chriſti: qd habet vnitã animã cũ deitate: ⁊ hoc eſt planum. Dicit iudeus. Quo poteſt hoc eſſe? Dico q ille q̃ põt ſepare ſubſtãtiã ab accidẽte: põt facere q nõ appareat ſubſtãtia ſenſibus noſtris que eſt ſub accidenti

bus alienis. Et adoramus verum corpus chriſti: et deum trinũ ⁊ vnum. Et in hec virtus dei: potentia: ſapientia: ⁊ bonitas manifeſtãtur. Sed iudeus errat: qui pedeſtri modo credit ſentire. De hoc audiui ꝙ fuit quidam incantator demonum. Quadam die cum quidam vellent aliquid impetrare a demone: fecit ille ꝙ venit in medio illorũ. Et venit quidam ſacerdos portans corpꝰ chriſti. Et cum appropinquauit inclinauit ei demon: ſiliter cum rediȷt inclinauit ſe. Et dixit incãtator. Unde hoc prohibuiſti mihi ne adorem chriſtum: et tu adoras. Reſpõdit demon. Inuitꝰ feci. Nonne ſcriptum eſt. In noĩe ieſu omne genu flectatur celeſtiũ terreſtriũ et infernorum. Iſta dicta ſunt de ꝓmo mandato.

Non aſſumes nomẽ dei tui inuanum ⁊c. Sicut in primo mandato precipiꝛ humilis adoratio ſumme maieſtatis. Sic in iſto mandato ſecundo precipiꝛ fidelis ꝯfeſſio ſumme veritatis: ⁊ prohibeꝛ abnegatio veritatis. In mattheo diciꝛ. Qui iurat: in nomĩe dei iuret: et nõ periuret. Periurare idem eſt ꝙ peierare: ⁊ hoc eſt nomen dei inuanum aſſumere. Hier. iiij. Iurabis in nomĩe dñi in veritate iudicio ⁊ iuſticia. Et dicit ibi gl. ꝙ iuramẽtum debet habere tres comites: veritatem: iudicium: ⁊ iuſticiam. ¶ Primo dico ꝙ debet fieri iuramentũ in veritate. Unde dicit. Non aſſumes nomen dei tui inuanũ. hoc eſt ſine veritate. Intelligendum aũt eſt ꝙ eſt duplex iuramẽtum. ſ. aſſertoriũ ⁊ ꝓmiſſoriũ. ita ꝙ eſt in teſtimoniũ: et in promiſſum. Fac iuramentum aſſertorium ſic. Hoc tibi iuro: aſſero ⁊ teſtifico: ꝑ teſtimoniũ diuine veritatis. Illud autẽ iuramentũ primo debet habere veritatẽ. Ueritas autem eſt in iuramento vt homo nõ neget verum: non affirmet falſum. ⁊ non aſſerat ſcienter dubium: q: ſermo eſt indicatiuus eorum q̃ ſunt in corde. Sȝ ſcitis quid eſt: quãdo homo aliqđ falſum teſtificaꝛ per teſtimoniũ falſitatis. hoc eſt dicere ꝙ mentitur: ⁊ diuina veritas mentitur ſecum. Et hic eſt primus modus aſſumendi nomen dei inuanũ quãdo negamꝰ veritatem. ¶ Secũdo debet fieri iuramẽtum aſſertoriũ cum iuſticia. Fit autem cum iuſticia quando non fit cõtra mãdatũ diuine legis: neqȝ contra preceptũ ſancte matris eccleſie nec in diſpendium ſalutis ꝓprie vł alie ne. Et qui contra iſta tria iurat dupliciter peccat. ⁊ quia iurat: ⁊ quia ꝑiurat. ¶ Tertio oportet in iuramento aſſertorio: vt cõcomitetur iudicium ꝙ ſit in mente diſcretio veritatis et iuſticie: ſcȝ vtrum iuramentum ſit verꝫ vel falſum iuſtum vel iniuſtum: fructuoſum vel infructuoſum. Et ſi iuro abſqȝ iudicio non diſcernens inter iſta tria: temerarie iuro. Iſti tres comites debent eſſe in iuramẽto aſſertorio. Sed manichei inſultant nobis ⁊ dicunt ꝙ nõ debemꝰ iurare om̃ino: q: dicitur in nouo teſtamẽto. ſ. in Matheo. Ego autem dico vobis: non iurare om̃ino. ſit autem ſermo veſter: eſt eſt: non non. Certe dico ꝙ ex certis cauſis bñ licet iurare. Heretici non bñ attendunt vim vocabulorũ. Differt dicere: non iurare om̃ino: ⁊ omnino non iurare. Sicut differt dicere. Quidam homo nõ currit: ⁊ non quidã homo currit. Om̃ino nõ iurare eſt nullo modo iurare: ⁊ nõ omnino iurare: eſt non om̃ibus modis iurare ſed ex certꝭ cauſis. ¶ Secundo debet nomen dei aſſumi non inuanũ in iuramẽto ꝓmiſſorio. Fit autẽ iuramentũ promiſſoriũ tribus modis: ſcȝ ad promouẽdum bonum: ad conſeruandum fidelitatẽ: ⁊ ad incundũ mutuam pacem. Primo modo iurant inferiores ſuperioribꝰ. Secũdo modo pares paribus. Tertio modo ſuperiores inferioribꝰ. De primo dicit apoſtolꝰ. Teſtis mihi deus eſt. Secundo modo iurauit laban fidelitatem iacob. Tertio modo iurant ſuꝑiores populo. Ex primo iuramento relinquiꝛ triplex vtilitas: fides in ĩtellectu: amor in affectu: ⁊ pax in effectu. Iſtis tribꝰ modis fit iuramentum ad ꝓmouendũ bonum. Secundo modo fit iuramentũ

ad conſeruãdum fidelitatem.et hoc fit ad cõpeſcẽdum maliciam:ad ſedandũ cõtrouerſiam:et ad expurgãdum infamiam. Primo dico fit ad cõpeſcẽdum maliciã:vt homo non neget veritatem nec affirmet falſitatem:et hec eſt ratio vtilitatis iuramẽti. Secũdo modo fit ad ſedãdum controuerſiã.vnde Apl's. Oĩs cõtrouerſie finis eſt iuramẽtum. Tertio modo fit ad expurgãdum infamiam. Unde in Leuitico dicit̃ ꝙ maiores debebant ſe expurgare per iuramẽtum quãdo inueniebatur cadauer mortuum. Iſtis trib⁹ decauſis fit iuramentum ad cõſeruãdum fidelitatem. Tertio modo fit iuramentum ad ineũdum mutuã pacem. ⁊ in hoc intelligit̃ cohibitio peccatoꝝ mortalium: q2 oĩs iuratio vera eſt periculoſa:falſa eſt perniciosa:nulla aũt eſt ſecura. Et ꝓpter hoc dicit̃ in Eccl'iaſtico. Iuramẽtum non aſſueſcat os tuum. Iſte eſt intellectus litteralis. ❡ Spũalis ꝟo intellectus hic eſt. Non aſſumes nomen dei tui invanum ⁊c̃. Notandum eſt ꝙ aſſuminus nomen dei non invanum trib⁹ modis:ſcꝫ ad efficiẽdum:ad ꝓmittendum:et ad exprimẽdum. Primo dico ꝙ aſſumitur nomen dei non invanum ad efficiendum vt in ſacramẽtis: ſicut dicit̃ in baptiſmo. Ego baptiſo te in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. Secundo modo fit iuramentum ad promittendum: ſicut promitto ire ad ſanctum iacobum:vel intrare religionem per iuramentum. Tertio aſſumim⁹ nomen dei non invanum ad exprimendũ ſicut quando loquimur cum iuramento. ❡ E cõtra accipimus nomen dei invanum per fruſtrationem ſacramenti ſuſcepti:per fractiõem voti:et per prolationem ſermonis blaſphemi. Primo dico aſſuminus nomen dei invanum per fruſtrationem ſacramẽti ſuſcepti: et ſ̃m hoc eſt triplex modus aſſumẽdi nomen dei invanũ. Primo modo quã do q̃s non credit:ſicut hereticus. Secũdo modo q̃n credit ⁊ ſe non diſponit ſicut vſurari⁹. Tertio modo q̃n grãm in ſacramento ſuſceptã non cuſtodit:ſicut ille qui poſtea peccat. Audi q̃n tu es inſignit⁹ in noĩe dei/tũc caracter tibi imprimit̃ virtutẽ noĩs dei:et q̃n homo poſtea peccat/euacuat virtutem ſacramẽti. De talib⁹ dicit Apl'us ad Titum. Confitẽtur ſe noſſe deum: factis aũt negãt. Et ſic conculcas ⁊ pollutũ ducis ſanguinem xp̃i. ❡ Scd̃s mod⁹ aſſumendi nomen dei invanum eſt per fractionem voti emiſſi: et hoc fit trib⁹ modis. Primo per dilationem irrõnabilem:ſicut ꝓmitto ire ad ſanctũ Iacobum/et non aſſigno mihi certũ tẽpus: et ſic ſemper ꝓcraſtino. Scd̃o fit voti fractio ꝑ volũtatem cõtrariã: ſicut q̃n quis ꝓmittit aliquid deo/et poſtea penitet. Cõtra tales d2 in Deut'. Si quid ꝓceſſerit de labijs tuis non facies irritum. Tertio fit fractio voti per apoſtaticam rebellionem:ſicut homo apoſtatat a religiõe. Prim⁹ mod⁹ eſt malus: ſcd̃s peior:terti⁹ peſſimus. q2 d2 homo apoſtata vir inutilis. vnde Eccl'i.v. Si quid vouiſti deo non moreris reddere: diſplicet eñ deo ſtulta ⁊ infidelis ꝓmiſſio:tp̃s dies et hora interpellabit. Patet modo quõ trib⁹ modis in fractione voti aſſuminus nomen dei invanum. ❡ Tertio modo aſſumim⁹ nomen dei invanũ per ꝓlationẽ ſermonis blaſphemi:et hoc fit tribus modis. Primo q̃n aliq̃s loquẽs de deo vtit̃ locutiõe maledica: ſicut q̃n maledicit deo. Scd̃s mod⁹ eſt ꝑ locutiõem mẽdacem: ſicut q̃n q̃s negat verũ vel affirmat falſum. Quia dicit Anſel. ꝙ oĩs cõtradictiõis nobilior pars deo eſt attribuẽda. Tertius mod⁹ eſt ꝑ locutionem ꝓbroſam: ſicut q̃n q̃s loquit̃ de mẽbris xp̃i interiorib⁹ blaſphemat peſſime etiã ſi verũ dicat: et xp̃m deſpicit in eo ꝙ humilis fuit. Et tales diuino iudicio ſũt exterminãdi. Narrat eñ Grego. ꝙ quidam puer ſex annoꝝ cõſuet⁹ fuit blaſphemare. Quadã die cũ blaſphemaret et eẽt in ſinu patris ſui rapt⁹ eſt a demonib⁹ et portat⁹ in infernũ. Propter qd̃ d2 in Leuit. Quicũq3 blaſphemauerit morte morief. Patet modo quib⁹ modis aſſuminus nomen dei invanum.

Memento vt diē ſabbati ſanctifices. Pſalmiſta. Miſericordia domini ab eterno et vſqȝ in eternum ſuper timentes eum: et iuſticia illius in filios filiorum his qui ſeruant teſtamētum ei⁹. Indigem⁹ diuina miſericordia cōdonāte offenſas noſtras/ et diuina iuſticia recōpenſante merita nr̄a. Sed timor dei facit inuenire miſericordiam/et obſeruātia mādatoꝝ iuſticiam. Cōſideratio aūt magnificētie dei inducit ad timendū: cōſideratio diuine legis inducit ad obſeruātiam mādatoꝝ. Et ꝑpter hoc innuit nobis vt ſemper cogitem⁹ diuinā legem. Unde iudei die ſabbati cōſueuerūt ſemper diſputare de lege dei: qꝛ hoc eſt op⁹ dei. Et vt ꝑfecte poſſim⁹ loqui de lege dei ideo rogemus deum in principio. ꝛc.

¶ Memēto. ꝛc. Dicebam vobis ꝙ in tabula prima cōtinētur tria mandata nos ordinātia ad deum: ſ̄m tria appropriata trib⁹ perſonis diuinis. In p̄mo mādato precipit̄ humilis adoratio diuine maieſtatis. In ſcd̄o fidelis confeſſio ſumme veritatis. In tertio ſincera dilectio ſumme bonitatis: ꝛ hoc tertiū p̄ceptū eſt. Et eſt ſūma ꝟboꝝ. Memēto vt diem ſabbati ſanctifices. Sequit̄ Sex dieb⁹ operaberis et facies omne opus tuum: ſeptima ꝟo die non facies omne opus tuū: tu ꝛ fili⁹ tu⁹ et filia: ſeruus ꝛ ancilla: iumētum ꝛ aduena qui eſt intra portas tuas. Sex eīn diebus fecit deus celū et terrā mare ꝛ oīa que in eis ſunt: et ſeptima die requieuit/ideo benedixit et ſanctificauit illū. Uidete ꝙ in his verbis ſpūſſctūs ſcripſit tabulas: qꝛ ſpūſſctūs per digitum dei intelligitur: qꝛ oīa precepta ſcripſit cū ſumma diligētia. hec ſcripſit inſinuās mandati integritatem et cōſummationem. In hoc aūt mādato aliquid precipit: aliquid concedit: et aliquid interdicit. Precipit ſanctificare diē ſabbati: ibi. Memēto vt diem ſabbati ſanctifices. Sāctificatio eīn eſt cōuertēs aīam ad deum ſanctum: ad deū verū: et ad deū ſumme diligēdum. Aliquid cōcedit in iſto mādato: ibi. Sex diebus operaberis et facies omne opus tuū. Aliquid ꝟo interdicit: ſcꝫ opus ſeruile: ibi. Nullum opus facies in eo. ꝛc. Nec eſt perfecta vacatio que habet adiūctam bonam operationem ꝛ prohibitā ſeruilē. Ratio precepti ſubiungit̄ ibi. Sex diebus fecit de⁹ celum ꝛ terrā mare ꝛ oīa que ī eis ſunt: et ſeptimo die requieuit: ideo benedixit et ſanctificauit illum.

¶ Sed quare precepit vacare? Certe qꝛ benedixit ꝛ ſanctificauit illum: ideo et tu creatura que es xp̄i imitatrix debes hoc facere. Modo iudei inſultant nobis ꝛ dicūt. Uos tenetis decalogū: et decalogus non habuit niſi precepta moralia. Morale aūt neceſſitatem habuit ꝓ omni tēpore. Septima aūt dies in qua non licet operari: a prima die in qua licet operari/eſt dies ſabbati que dicitur dies ſaturni: et vos vocatis die dn̄ico pro die ſaturni. Item dr̄: omne opus non facies in die illa. et vos facitis multa opera / et ita totū diſſipatis. Uidete chariſſimi. Intelligendum eſt ita ꝙ preceptum illd̄ habet aliquid qd̄ eſt mere morale: ꝛ habet aliquid quod eſt mere cerimoniale: et habet aliquid mixtū ex morali ꝛ cerimoniali. Qꝛ precipit dn̄s ſanctificationem .i. vacationem ad amandum/hoc eſt vere preceptum. Unde dicit btūs Petrus ꝙ quilibet tenet̄ dn̄m ſctificare in corde ſuo id eſt amare. Ille ſctificat ſiue ſabbatiſmum facit qui deū ſuper oīa diligit ꝑpter ſe ꝛ non propter aliud. Item eſt in precepto aliquid figurale: ſicut diei ſeptime feriatio. Dies ſeptima ſignificat quietem aīaꝝ: et quietem dn̄i in ſepulchro: et ceſſationem ab opere ſeruili cū vacatione et deprecatione. Deus eīn ſex dieb⁹ operat⁹ eſt oīa: non qꝛ non potuiſſet feciſſe vna die/ſed intelligendum eſt hoc ꝙ mūd⁹ aliquid habet in arte eterna: ſcꝫ eſſe eternū: qd̄ eſt eternitas vite ꝛ poſſeſſio vna/in quo nihil eſt prius nec poſteri⁹: et hoc impreſſit de⁹ mētib⁹ angelicis. Item habet mūdus aliquid in intelligētia creata: ſcꝫ prius et poſterius natura ſimul ſ̄m duratio-

nem non ſm naturã / ſm ꝙ eſt in materia: non ꝑpter defectum operãtis / ſed ꝑpter condeſcẽſionem ipſi⁹ vt coaptaret oĩa ꝛ oĩa in primis operib⁹ deſignaret. Et ſicut oĩm operationum in pͥmis operib⁹ produxit: ſic et ſeminaria oĩm operũ et quietationem plene ꝑduxit. Et qꝛ ſeptimo die requieuit / et intellectualem ad eſſe creaturam reuocauit / et ſeptimo die aĩas in ſepulchro reduxit ad quietẽ paradiſi: ſignificatio igiṫ diei ſeptime eſt figuralis quietis aĩaꝝ. Sic igiṫ in mãdato illo cõtineṫ aliqd qd eſt morale: ſcꝫ vt de⁹ ſuꝑ oĩa diligatur: et aliqd qd eſt cerimoniale vt figuratio diei ſeptime. Item cõtinetur aliquid qd eſt partim morale ꝛ partim cerimoniale: vt ceſſatio ab opib⁹. et hoc in quibuſdã gñaliter eſt intelligẽdum in quibuſdam ſpecialiter. Si intelligamus ſicut iudei qui dicũt ꝙ debet fieri vniuerſalis ceſſatio ab oĩi opere ſeruili: ſic inſinuaṫ chriſtiano ꝙ debet abſtinere ab omni peccato / et ſic eſt figurale. Si intelligam⁹ ꝙ ab aliquib⁹ debemus abſtinere / ſic eſt morale: non ſicut in precepto / ſed ſicut in bene eſſe: et remanſit ſicut in eccl'iaſtica inſtitutione eſt preceptum. Dico opera ſeruilia opera mechanica / que ſunt ſeptem: ſcꝫ. Agricultura que cõprehẽdit oẽm modum colẽdi terram. Lanificium qd cõſiſtit in omni genere veſtimẽtoꝝ. Fabricatio: ſiue ſit in materia ferrea: ſiue lapidea: ſiue metallica: ſiue lignea. Venatio que cõprehẽdit equoꝝ et venatorum opus: et oẽm modũ piſtoꝝ coquorum: et oẽm modum preparãdi cibos. Medicina que conſiſtit in arte cõficiẽdi pigmẽta vel ſyrupos ꝛ hmõi. Nauigatio que cõprehẽdit omne opus nautarum in mari: ſiue omne opus mercationis. Et theatrica que comprehẽdit oẽm modũ ludi vel iocũditatis. Modo dico ꝙ in oĩb⁹ iſtis ſunt quedã mere ſeruilitatis: quedam cõtinue neceſſitatis: quedã mere iocũditatis. Illa que ſunt mere ſeruilitatis ꝓhibẽtur ab eccleſia. Illa aũt que ſunt cõtinue neceſſitatis: ſicut illa que ſunt ad conſeruationem vite vel ſanitatis conceduntur inquãtum ſunt neceſſitatis / et ꝓhibentur inquãtum ſunt ſeruilitatis. Illa vero que ſunt mere iocũditatis ſunt permiſſa / non ꝓhibita: qꝛ propter paruitatem noſtram permittũtur ab eccleſia. et ſic poterimus reſpõdere. ¶ Sed dices. quare confudit ꝛ miſcuit moralia et cerimonialia ſimul: Dico ꝙ hoc preceptum Memẽto vt diem ſabbati ſanctifices ꝛc̃. eſt de charitate. et quicqd patet ꝛ latet in alijs: in iſto mãdato cõſummatur: et ideo miſcuit ſimul moralia ꝛ cerimonialia: vt melius ad memoriam reducerem⁹: ne ſi ſpecialiter poneret grauareṫ memoria noſtra. ¶ Sũt aũt tria que requirũtur ad perfectã dilectionem. Primũ eſt diuina vacatio cõuertẽs aĩam in deum. Scdm imitatio xpi in bonis operibus. Tertium eſt ceſſatio ab omni opere ſeruili / que cor reddit purum ꝛ mũdum. Cõuerſio autem in deum eſt ſm ſeptem opera quibus aĩa cõuertitur ad perfectam vacationem in deũ: quoꝝ tria ſunt intrinſeca / que fiũt meditãdo / orãdo / et exultãdo. ex iſtis trib⁹ modis fit contẽplatio. Alia ſunt extrinſeca que fiũt legendo / pſallendo / ſacrificium offerendo / diuinam legem adimplẽdo. Et hoc fit ſiue audiẽdo: ſiue docẽdo: ſiue cũ alijs conferendo. Hoc eſt quod dicit Memẽto vt diem ſabbati ſctificeṡ. ꝛc̃. Mandat igitur dñs primo cõuertẽtem aĩam in ipſum. ¶ Secũdo mãdat ſui imitationem: cum dicit Sex dieb⁹ operaberis. De iſta imitatiõe dicit Apoſtol⁹. Imitatores mei eſtote ſicut filij chariſſimi. Et in Luca. Eſtote miſericordes ſicut et pater veſter miſericors eſt. Sex autem ſunt opera miſericordie: ſcꝫ paſcere eſuriẽtes: potare ſitiẽtes: veſtire nudos: colligere hoſpites: viſitare infirmos: et redimere captiuos. Aliter eñ impoſſibile eſt eſſe opus virtutis / niſi creatura in iſtis conformetur chriſto. Ad opus aũt virtutis requiruntur ſex correſpõdẽtia ſex operib⁹ virtutꝫ / que ſunt circũſpectio prouida: intentio recta: affectio pura: electio recta ſiue iuſ

ſta:proſecutio vigoroſa:et informatio charitatiua. Primũ intelligit̃ in opere prime diei/qñ dixit de⁹. Fiat lux:et facta eſt lux. Hoc eſt circũſpectio ꝓuida. Scd̃o oportet ꝙ homo ponat ſibi rectũ finem in deũ: et hoc notat̃ cũ dr̃. Fiat firmamẽtum in medio aquaꝝ: et vocauit de⁹ firmamẽtũ celũ. Oportet ꝙ homo agat̃ ſurſum ⁊ habeat rectam intẽtionem ad deũ. Tertio requirit̃ affectio pura:et hoc intelligitur in tertio opere. Diuiſit de⁹ terrã ab aquis.i.affectiões ſeculares a diuinis. Quarto requirit̃ electio iuſta ſiue recta vt ordinate faciat que debet facere:et hoc notatur in quarto opere cũ dicit. Fiãt luminaria in firmamẽto celi.i.ſint opera noſtra ordinata. Quito requirit̃ proſecutio vigoroſa:qd̃ notatur in quinto opere qñ de⁹ ꝓduxit aiam viuã:in aqs natatilia:in aere volatilia. Sexto fecit deus integra opera ſupueſtita oib⁹ circũſtãtijs ſm̃ ꝙ exigit lex diuine charitatis. Charitas aũt eſt forma perfectiua oim̃: et ille q̃ habet charitatem habet oĩa iſta ſex. Sextũ igit̃ opus virtutis eſt informatio charitatiua:qd̃ notatur cum dr̃. Fecit de⁹ hoĩem ad imaginem ⁊ ſimilitudinẽ ſuã. Qñ hois opus integrat̃ ex iſtis ſex/tunc dr̃ recte viuere. Sed non ſufficit facere virtutis op⁹ niſi homo caueat ab ope vicioſo:et hoc tangitur cũ dicit. Nullũ opus facies in eo. ¶ Quinqꝫ modis põt homo facere peccatũ. Primo qñ peccatũ perpetrat. Scd̃o qñ ad peccãdum aliũ incitat. Tertio qñ peccantem defenſat. Quarto qñ peccãtem acceptat. Quito quãdo peccãtem diſſimulat:nec arguit,nec punit.et hoc eſt maximũ periculum quando q̃s alium caſtigare negligit. Primum peccatũ tangit̃ cũ dr̃. Nullum opus facies i eo.i.tu nullum perpetrabis peccatum. Scd̃m peccatum tãgitur cum dicit̃. Nec filius nec filia.i.non eris pater peccati inſtigãdo alium ad peccatum ṽbo vel opere vel exẽplo. Tertium peccatũ tangit̃ cũ dicitur. Nec ſeruus tu⁹ nec ancilla tua. Ille qui facit peccatum ſeru⁹ eſt peccati:ſꝫ ille qui defenſat peccatum dñs eſt peccati/illi prebendo patrocinium qui facit peccatum. Quartum peccatum eſt quãdo aliquis peccãtem acceptat: qd̃ notatur ibi. Nec iumẽtũ tuũ. Iumẽtum cũ fuit ligatum non ducebatur ad opus/niſi acceptante dño.et iſta acceptatio eſt religatio. Quitum peccatũ eſt quãdo aliqs alium caſtigare negligit:qd̃ tangit̃ cũ dicit. Non aduena qui eſt intra portas tuas. Aduenam q̃s reputat hoĩem quãdo dicit ad alium:quid ad me de peccato ſuo? Et ſic quãdo homo non punit peccatũ alterius/efficit̃ particeps peccati illi⁹. Alijs etiã multis modis efficit̃ homo particeps peccati alteri⁹.et ꝓpter hoc dicit ps̃. Ab occultis meis munda me dñe:et ab alienis parce ſeruo tuo.

Honora patrem tuũ et matrem tuã vt ſis longeu⁹ ſuper terram quã dñs deus datur⁹ tibi. Eccl.iij. Que precepit tibi de⁹/cogita illa ſemper:et in plurimis operib⁹ ei⁹ ne fueris curioſus. Verba vltima ſpecialiter dicũtur litteratis: in quib⁹ docet eccleſiaſtic⁹ cogitare vtilia ⁊ vitare curioſa. Vtilia aũt dirigũt nos in viã ſalutis:ſed curioſa diſtrahũt nos a via ſalutis ⁊ diſſipãt intelligẽtiam noſtram. Magna pars intelligẽtie perditur propter curioſitatem/et tñ nihil eſt precioſius intelligẽtia in nobis. Dolem⁹ cum perdim⁹ aurum:multo plus dolere debemus ſi amittam⁹ intelligẽtiam:quia nihil eſt ita charum ſicut actus intelligentie. Sumus dicturi de preceptis/et indigemus ꝙ dñs illuſtret intelligẽtiam noſtram. Ideo rogem⁹ deum in pñcipio.⁊c̃. ¶ Honora patrẽ tuũ.⁊c̃. Dicebam ꝙ ſicut aĩa rõnalis ordinari habet ad creatorem et ad creaturam: ſm̃ hoc eſt duplex tabula ĩ qua lex dei eſt ſcripta. In prima tabula cõtinẽtur tria mãdata ſm̃ tria appropriata trib⁹ perſonis diuinis/et ſm̃ triplicem operationem aĩe. In primo mãdato precipitur humilis adoratio ſumme maieſtatis. In ſecũdo fidelis cõfeſſio ſũme

veritatis. In tertio ſincera dilectio diuine bonitatis. Iſta tria mādata ſunt fundamētum oīm preceptorum legis. Et ꝓpter hec tria oīs timorat⁹/verax et deo deuot⁹ tenet̃ iſta pricipaliter cuſtodire. Modo dico ꝙ i ſcdā tabula cōtinētur ſeptem precepta. Unum eſt affirmatiuū/et ſex ſunt negatiua. Ratio diſtinctionis eſt hec. Quia oīa mādata reducūtur ad duo. Hoc facias alij qd tibi vis fieri. Non facias alij qd tibi non vis fieri. Et iuxta hoc accipiūtur duo precepta. Primum eſt innocētie: ſcdm eſt beneficētie/que ſunt due partes iuſticie. Modo dico ulteri⁹ ꝙ precepta ordinātur ſm ipoꝝ nobilitatem. et beneficentia melior eſt ꝙ̄ innocētia: ideo mādato innocētie preponit̃ mandatum beneficētie. et eſt ſynodochice traditū iudeis. ſicut: honora patrē tuū et matrem tuā ⁊c. Et ponit̃ hic primo forma mādati. cū dicit: honora ⁊c. Secūdo ſubditur ꝓmiſſio. cū dt: vt ſis lōgeuus ⁊c. Intellige ſm litteralē intelligētiam. Pater noīat perſonā generātis/perſonā inſtruētis/et perſonā educantis: qꝛ pater habens filium generat ipſum/inſtruit ipm/et nutrit: et ipſi⁹ eſt filio legare bona ſua. Et ſic pater tenet rōnem originis/rōnem regiminis/⁊ rationem benefactoris. Et ſm hoc debetur ei triplex honor. Honor reuerētie/ honor obediētie/⁊ honor beneficentie. Primo dico patri inquātum tenet rationem originis debet̃ honor reuerentie. vn̄ in Eccl'iaſtico. Qui timet deū honorabit patrem ſuū et matrē ſuā: et quaſi dn̄is ſeruiet eis qui ſe genuerūt. Scdo patri rōne regiminis debet̃ honor obedientie. Ephe. vj. Filij obedite parentibus veſtris: hoc enī iuſtum eſt. Honora patrem tuū et matrem tuam: qd eſt mādatum primum in ꝓmiſſione vt bene ſit tibi/et ſis longeu⁹ ſuper terram. Tertio honor debet̃ patri: qꝛ rationem tenet benefactoris: honor ſcilꝫ beneficētie. vn̄ Eccl'i. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui: et non contriſtes eū in vita illi⁹. Precipit̃ igitur ꝙ triplex honor impēdatur parētibus: ſcꝫ honor reuerētie/obediētie/et bn̄ficētie. Et hoc eſt primum mādatum qd debes cuſtodire ꝓpter ꝓmiſſionem: ſcilꝫ vt bene ſit tibi ⁊ ſis longeu⁹ ſuper terram. Et tangitur primo mādatum ibi. Honora patrem tuum ⁊ matrem tuā. Scdo additur ꝓmiſſum ibi. Ut ſis longeuus ſuper. ⁊c. Sed nūquid verum eſt ſemper ꝙ diuti⁹ viuāt? Uidem⁹ hoc falli qn̄qꝫ ergo de⁹ fallax erit in ſuo ꝓmiſſo. Dico ꝙ longeuitas non ſolū attēditur ſm lōgitudinem dieꝝ currētium/ſed ſm valorem. Et ſm ꝙ eſt triplex honor q̄ exhibetur parētib⁹: ſic reſpōdet huic triplici honori triplex premium. Honorāti patrem honore reuerētie debet̃ vita glorioſa ſiue honorifica. Honorāti patrem honore obediētie debet̃ vita iocūda. Honorāti patrem honore beneficētie cōcedit̃ vita opulēta. ¶ Primo dico honorāti patrem honore reuerētie conceditur vita glorioſa ſiue honorifica. vn̄ Eccl'i. iij. Gloria hoīs ex honore patris ſui. Item Eccl'i. iij. Ne glorieris in cōtumelia patris tui: non enī eſt tibi honor ſꝫ cōfuſio. Naturale enī eſt ꝙ filius vehemētiſſime diligit patrem: et indignatur qn̄ aliqs iniuriat̃ patri. ¶ Scdo honoranti patrē honore obediētie ꝯcedit̃ vita iocūda. vn̄ Eccl'i. iij. Qui honorat patrem ſuū iocundabit̃ in filijs: et in dieb⁹ orationis ſue exaudietur. Qui honorat patrē ſuū vita viuet longiore: et qui obedit patri ſuo refrigerat manū ſuā. Sūma iocunditas eſt ꝙ homo non ſit rebellis ſupiori ſuo: qꝛ qui rebellis eſt ſuperiori inueniet rebellem inferiorem: et cōtēptor ſuperiorum poteſtatū cōtēnet̃ ab inferiorib⁹. Sicut adam qn̄ fuit inobediens ſuperiori ſuo/oīa inferiora ſua que ſibi fuerāt ſubiecta habuit ꝯtraria. ¶ Tertio honorāti patrē honore beneficentie cōceditur vita opulēta. vn̄ Eccl'i. iij. Honora patrē tuū et matrē tuā: et ſuperueniet tibi bn̄dictio: et bn̄dictio tua in nouiſſimo manebit. Benedictio iſta vocatur multiplicatio bonoꝝ. Ecce preceptum: et ecce ꝓmiſſio. Obligamur ad obediēdū parētib⁹ ꝙ̄diu viuimus ipoꝝ

bonis:et debemꝰ eis obtēperare ī excitatione actuum virtuoſoꝝ ſiue ſalubrium:in diſpēſationibꝰ tēporalium:et in ſubminiſtratione obſequioꝝ. Debemus etiā viuere ſm eoꝝ cōſilium:et expēdere ſm eoꝝ imperiū:et quādo exegerit neceſſitas ſubminiſtrare eis obſequium. Si tamen parētes aliqd velint vel dicāt vel imperēt nobis qđ ſit cōtra ꝑfectum ſalutis noſtre:non eſt ipſis in illis pietas exhibēda. Et hoc eſt qđ dicit dñs in euāgelio. Qui non odit patrem ſuū aut filios ꝓpter me/non pōt meꝰ eſſe diſcipulꝰ. Vult dñs ꝙ ex affectu paterno non dimittat homo facere qđ pertinet ad ſalutem ſuā. Et hoc eſt qđ dicit dñs. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos:tu aūt vade ꝛ annuncia regnū dei.et Hierony. dicit. Si pater in limine iaceat: ſi mater vbera qbꝰ te lactauit oſtendat:per calcatū perge patrem:per calcatā perge matrē/et ad vexillum crucis euola: ſolū eñ genus pietatis eſt ī hoc eſſe crudelē. ¶ Ecce intellectꝰ verboꝝ ſm ſenſum litteralē. Videte latiorem intellectū. Precipiꝫ beneficētia ad oīe genꝰ hoīm. Pater noīat perſonam in qua eſt precipua ratio auctoritatis:antiquitatis: ꝛ amicabilitatis. ¶ Primo dico ī patre eſt auctoritas. Et ī iſto mādato datur preceptum ꝙ obediaꝫ patri q̄ habet auctoritatem. Auctoritatem autem habet oīs qui preeſt reipublice:vel rei polytice: vel rei monaſtice. Primo dico ꝙ ille qui preeſt reipublice eſt pater rōne auctoritatꝭ:vt priceps baro comes vel dux. Et dicitur pater tutela vel defenſiōe. Et eū debemꝰ honorare. Unde beatꝰ Petrus. Deū timete:principes honorificate. Scđo habet auctoritatem ille qui preeſt rei polytice ſiue eccl'iaſtice: et ipm debemus honorare ſm ꝙ exigit diſpoſitio eccl'iaſtica:et debet ei obedire vulgus. vñ Apl's ad Heb. Obedite prepoſitis veſtris et ſubiacere eis: ipſi eñ vigilāt quaſi rationem pro aīabus veſtris redddituri. Tertio auctoritatē habet ille qui preeſt rei monaſtice:et illum debemꝰ honorare ꝛ ei obedire ſm ꝙ regula ꝛ promiſſio facta eſt. vñ Hierony. Prepoſitum monaſterij diligite vt patrē:timete vt dñm:audite vt magiſtrum:credite vt ſalubre quicqđ ipſe vobis dixerit. Modo dico ꝙ iſtis debemꝰ obedire ſm ꝙ exigit ordo vel auctoritas. ¶ Scđo in patre intelligitur antiquitas:et ex hoc intelligitur debilitas. Senes eñ debilitanꝫ. Et qui patrem honorat rōne antiquitatis ꝛ debilitatis / honorat oēm hoīem q̄ indiget adiutorio:vel qui caret ſenſu:vel fortidine:vel infeſtaꝫ ab alio. Propter hoc debemꝰ alium iuuare per documenta: vel ſuſtētamēta: et per patrocinia. Et ad hoc ſpecialiter ſunt prelati. Si homo caret ſenſu/ debent ipm iuuare per documēta. Si caret fortitudīe/debēt ipm iuuare ꝑ ſuſtentamēta. Si infeſtatur ab alio / debēt ipſum adiuuare per patrocinia. ¶ Tertio ī patre intelligiꝫ ratio amicabilitatis. Et ī hoc intelligimus ꝙ rōne originis amabilis ꝛ amandus eſt oīs homo:et teneꝫ quilibet homo alium honorare. vnde Aplus. Honore inuicem preuenietes. Et iterum. Reddite oībꝰ debita:cui honorem/ honorem. Nemini quicq̄ debeatis niſi vt inuicem diligatis. Debet homo alium diligere bene volēdo cuilibet quātum ad affectū:quātum ad effectū:et quātum ad ſignū. Habet aūt iſta dilectio ordinem:qꝛ debemꝰ diligere ſm rationem ꝓximitatis:ſm rōnem ſimilitudinis:et ſm rōnem obligationis. ¶ Primo dico debemus diligere ſm rōnem ꝓximitatis. et ſm hoc maiorem amorem debemꝰ domeſticis q̄ extraneis: et amicis plus q̄ inimicꝭ. ¶ Secūdo habet dilectio ordinem ſm rōnem ſimilitudinis:qꝛ aliquibꝰ debemꝰ rōne ſilitudinis maiorem dilectiōem q̄ alijs. Sic tenemur rōne ſilitudinis ī forma ſpecifica diligere hoīem:ſm ſimilitudīnem ratione cōueniētie in fide debemꝰ plus diligere chriſtianū q̄ iudeum vel gentilem:et ſm rōnem ſimilitudinis in profeſſione maxime debemꝰ diligere: ſicut religioſus fratrem ſuum:et vnus canonicus canonicum ſuū. ¶ Tertio

ratione obligationis debemꝰ diligere
et tenemur obedire. Et ſic aliqbꝰ plus
tenemur ꝙ̃ alijs. Teneoꝛ enĩ aliũ dili-
gere ꝛ eũ honoꝛare rõne pꝛecepti tãtũ:
teneoꝛ plus rõne precepti et beneficij:
et teneoꝛ maxime rõne pꝛecepti benefi-
cij ꝛ pꝛomiſſi.i. illũ de quo eſt mihi pꝛe-
ceptum/ et recepi beneficiũ/ et feci pꝛo-
miſſum debeo plus diligere ꝛ honoꝛa-
re. Patet modo ꝙ in ꝟbis iſtis Hono-
ra ꝛc̃. tãgit̃ pꝛeceptũ. Et quõ ſcđo red-
ditur ꝓmiſſum: ibi. Ut ſis longeuꝰ ꝛc̃.
Deinde dictũ eſt quõ intelligũtur ſm
intelligẽtiam litteralem/ et quõ ſm ſpi-
ritualem. Et vt meliꝰ teneatis ĩ mente
dicã vobis duo exẽpla. Unũ bonũ de
illo qui matrẽ honoꝛauit. Et aliud ma-
lum ꝛ crudele de illo q̃ patrẽ non hono-
rauit. Dicam pꝛimũ de bono. Fuit qui-
dam magiſter magnꝰ et famoſus pari-
ſius/ et a multis notus et dilectꝰ. Hoc
audiẽs mater ſua paupercula cogita-
uit ire ad filiũ ſuũ. Accepit baculum
et in tunicella de burello venit pariſiꝰ:
et queſiuit a quibuſdã dñabꝰ pꝛo tali
magr̃o. Dixerunt ille matrone. Quid
vultis ei? Reſpondit. Ego ſum mater
ſua. Tũc ille matrone duxerũt eam in
domũ ſuã et refocillauerũt eã. Poſt-
ea cogitauerũt ꝙ ille bonꝰ homo vere-
cũdaretur ſi videret eam in tali ſtatu:
et induerũt ipſam bene: et dederunt ei
mãtellum: et iuerũt ſecũ ad magiſtrũ.
Tunc illa dixit. Ego ſum mater tua.
Reſpõdit magiſter. Uere ego non cre-
do: qꝛ mater mea eſt paupercula/ et cõ-
ſueuit habere ſolum tunicellam de bu-
rello. Et cũ nullo modo vellet acquie-
ſcere ꝟbis eiꝰ reduxerũt eã in domum
ſuã/ et reddiderunt ei tunicellam eius
et baculũ. Tũc illa acceſſit ad filiũ ſuũ
in cõgregatiõe multoꝝ. Et cũ videret
matrem ſuam in tali habitu veniẽtem/
depoſuit caputiũ ſuũ et amplexatꝰ eſt
eam: et dixit. Modo ſcio ꝙ eſtis mater
mea. Hoc fuit diuulgatum per villam
et reputatũ eſt ei pꝛo magno bono. Et
poſtea factus eſt epiſcopꝰ pariſienſis.
¶ Aliud exẽplum dicam malũ: de eo
qui non honoꝛauit patrẽ ſuum: et vi-
di illum qui nouit illũ cui hoc accidit.
Fuit quidã homo pauper/ qui ꝑ indu-
ſtriã ſuã multa bona acq̃ſierat: ꝛ habe-
bat vnicũ filiũ. Et videntes quidã nobi-
les fecerũt ꝙ ꝯtraxit filꝰ cũ filia cuiuſ-
dam nobilis. Et tũc illa q̃ fuit pulchꝛa
et nobilis incepit aboiari patrẽ: ꝛ fecit
tm̃ cũ marito ſuo ꝙ odio habuit patrẽ
ſuũ: et ꝙ pater nõ habebat q̃d comede-
re niſi fabas malas: et ſemꝑ in cõuiuio
expellebat̃ a domo. Quadam die fuit
famelicꝰ: et venit ad domũ filij ꝛ petijt
cibũ. Et date ſũt ei fabe male/ et expul-
ſus eſt a domo. Tunc illa dixit marito
ſuo. Modo poſſumꝰ comedere ĩ pace.
Uade ad arcã ꝛ accipe caponẽ coctũ.
Et cũ aperuit arcã mutatꝰ eſt capo in
bufonẽ: q̃ ſubito ſaliẽs ad faciẽ eiꝰ po-
nebat duos pedes ad mẽtũ/ ꝛ duos ad
frõtẽ: et operuit totã faciẽ eiꝰ. Et non
fuit medicꝰ q̃ ſciret eũ amouere. Tãdẽ
venit q̃dã q̃ fecit tenellas quaſdã: ꝛ di-
xit ꝙ eũ amoueret. Tunc bufo aſpexit
eũ tã hoꝛribili vultu ꝙ ille cecidit ĩ ter-
ram/ et ampliꝰ nõ audebat aliq̃d face-
re. Et nullꝰ fuit q̃ ſciret apponere cõſi-
liũ/ ſꝫ mala moꝛte moꝛtuꝰ eſt. Patꝫ mo-
do pꝛeceptũ et ꝓmiſſum qđ ꝓmittit̃.
Non occides. Non mecha-
beris. Non furtũ facies.
pſa. Tunc non confundar
cũ perſpexero in oĩbꝰ mã-
datis tuis. Jacobꝰ dicit.
Qui totam legem ſeruauerit: offendit
aũt in vno/ factus eſt oĩm reus. Non qꝛ
pꝛo vna tranſgreſſione tantũ punietur
pena ſenſus ſicut ꝑ tranſgreſſiõe oĩm/
ſed puniet̃ tãtũ pena dãni: non tamen
ita acriter ꝑ vno ſicut ꝑ oĩbꝰ. Ideo ſi
quis vult pertingere ad vitã eternam.
opoꝛtet ꝙ perſpiciat in oĩbꝰ mandatis
dei coꝛde ꝛ opere. Et ideo dixit pſalm̃.
Cũ perſpexero.i. ꝑfecte inſpexero ꝛ cõ-
ſiderauero. Et iuxta hoc ego nõ time-
bo cõfundi. Non eſt magnũ cõfũdi in
pñti: ſed cõfundi eternaliter hoc debe-
mus abhoꝛrere. Sed tamen non poſſu-
mus euadere iſtam confuſionem/ niſi
perſpiciamus in oĩbus mandatis dei.
Ideo deum rogemus in pꝛincipio. ꝛc̃.

¶ Non occides ꝛc. Dicebam vobis ꝙ mādata dei diſtinguebātur ī duas tabulas. In prima ꝯtinētur mādata ſm legem iuſticie/ordinantia nos ad trinitatem: qua cōtinētur tria mādata ſm tria appropriata trib⁹ perſonis. In ſecūda tabula cōtinētur mādata ordinātia nos ad ꝓximū: et hoc ſm duplicem partem iuſticie ſcʒ innocētie et beneficentie. Reducitur aūt tota iuſticia ad tria. Quia deo debem⁹ exhibere debitam reuerētiam per orationem/confeſſionem/et ſatiſfactionem. Patri debemus exhibere beneficētiam/et in oib⁹ alijs innocētiam. Dictū eſt de trib⁹ mādatis q̄ nos ordināt ad deū. Dictū eſt etiā de quarto mādato: qd̄ accipiꝰ penes partem iuſticie que eſt beneficētia in quo precipitur ꝙ debem⁹ exhibere honorem patri ꝛ matri. Sequiꝰ de ſex alijs mādatis que pertinēt ad innocentiam. Nocet aūt quis ꝓximo ſuo tripliciter: peruerſitate operis: falſitate ſermonis: et improbitate volūtatꝫ. Et propter hoc legiſlator primo ꝓhibet nocumētum qd̄ ꝓuenit ex peruerſitate operis. Peruerſitas aūt operis qua quis iniuriatur alij eſt triplex. Aut eīm quis iniuriaꝰ alij in ꝓpria perſona. aut ī cōiūcta pſona. aut in tēporali ſubſtātia. Et ſm hec ſunt tria mādata que pertinent ad innocētiam. In primo ꝓhibeꝰ nocumētum in ꝓꝓa pſona: ibi. Non occides. In ſcd̄o ꝓhibeꝰ nocumētum in pſona coniūcta: ibi. Non mechaberis. In tertio ꝓhibeꝰ nocumētum ī ſubſtātia temporali: ibi. Non furtum facies.

mortem: ſꝫ imperfectio mors quedam
eſt: manifeſte verum probans per ma-
nifeſte falſum: ſimul ſuipſius impru-
dentiam declarat ⁊ errorem. Certum
enim eſt ꝙ mandata nec imperfectos
faciūt nec perfectos: cum tam hi ꝙ̄ il-
li ad eorum obſeruantiam aſtringant̃.
Certum eſt etiam ꝙ imperfectio a per
fectione non diſcrepat: ſicut mors a vi-
ta diſtat. Si eñ imperfectio mors eſt:
aut eſt penalis/aut culpabilis. Si pe-
nalis/nullus eſt in hac vita perfectus:
nec etiam ipē chriſtus. Si culpabilis/
ſed mors culpabilis eſt culpa mortalis
nullus eſt igitur imperfectus qui non
ſit per mortale peccatum vita priuatꝰ.
Qꝫ ſi dicat mortem quandā dicere cul
pam venialem/valde improprie loqui-
tur: nec tamen declinat errorem: quia
ſi culpa venialis eſt mors faciēs imper
fectum. Et cum non ſit maior ratio de
vno veniali ꝙ̄ de alio/quotiens incidit
quis in veniale peccatum totiens deci
dit a perfectionis ſtatu. Et iterum: cū
nullus quantūcūqꝫ iuſtus ſit oīno im-
munis a venialibus: nullus erit in hac
vita perfectus ea perfectione quā cō-
ſulit chriſtus: quod eſt hereticum ⁊ dā
nandum. Ad erroris etiam ſui cumula
tionem maiorem ſubſequēter annectit
imperfectionem eſſe quādam claudi-
cationem que ſub precepto non cadit
ſed ſub indulgētia: quēadmodum ſua
repetere non eſt preceptum ſed indul-
tum. Quod eſt plane falſum: cū indul
gentia ſm Augu. in de bono coniugali
includit peccatum/et repetere ſua im-
perfectis ſit licitum: ſicut. j. ad Cor. vj.
dicit gloſa. Infirmis licet ſua repetere
etiam mouēdo cauſam ante iudicem.
Huic quoqꝫ ſimile eſt ꝙ quibuſdā va-
nis et friuolis interpoſitꝫ addidit ꝙ in
nouo teſtamēto: etiā quādo cauſa pro
lis cōtrahitur matrimonium eſt indul
tum. Cui apte ꝯtradicit Aug. in de bo
no cōiugali. Certe (inq̄t) dubitare fas
non eſt nuptias non eſſe peccatū. Non
itaqꝫ nuptias ſm veniā cōcedit Apl's:
ſed illū concubitū ſm veniā concedit:
qui fit per incōtinētiam: non ſolū cau-
ſa ꝓcreandi/ſed etiā aliqñ nulla cauſa
ꝓcreādi: quem nuptie fieri non cogūt
ſed ignoſci impetrāt. Cōcubitꝰ eñ ſola
cauſa generādi inculpabilis/ſolus ipē
nuptialis eſt. hec Aug. Ubi inter ipm
doctorem antiquū/et iſtū nouellū tan-
ta eſt repugnātia ſenſuum ⁊ verborū vt
neceſſe ſit alterū eorū aſſeruiſſe falſum.
Si igit̃ non ſuam ſed egregij doctoris
vult ſequi ſentētiā ne ī foueā cadat er-
roris/deſinat imperfectiōem deſcribe-
re per diſtortionem ⁊ claudicationem
vt non cōpellatur ex hoc tāꝙ̄ diſtortꝰ
et claudꝰ a veritatis tramite deuiare.
Qꝫ aūt ſubdit xp̄m nulla feciſſe opera
tātum imitāda pfectis ꝓ eo ꝙ nemini

perfectionem inuidit: quaſi non poſſet eſſe gradus et diſtinctio in exēplis xpi et vbis/reſpectu graduū et ſtatuū diuerſoꝝ ī hierarchia eccl'ie: nequaq̄ eſt conſonum documētis ſcripture. Nam xps dicit ſpāliter apl'is. Uobis datum eſt noſſe myſteriū regni dei: ceteris autem ī parabolis. Et iteꝝ loquēs ad patrem. Abſcōdiſti hec a ſapiētib⁹ et prudētibus: et reuelaſti ea paruulis. Nunquid inuidus de⁹: q2 non oib⁹ ſapiētie ſue reuelauit arcanū? Conſtās eſt aūt q̄ ſicut xps ſua pro illis q̄ ea capiebāt pponebat eloquia: ita pariter ⁊ exempla. Nequaq̄ igit̄ ex inuidia/ſed ex altiſſima diſpēſatiōe ſapiētie dei diuidētis dona ſua ſingulis ꝓut vult: quedā pponūtur imitāda prelatis non ſubditis: quedā ſpūalib⁹ non aialib⁹: quedā perfectis non imperfectis: quedā fortiorib⁹ non infirmis: ſicut expreſſe patet ī auctoritate premiſſa Hierony. cōtra Iouinia. Nec tñ dicimus q̄ opera conſilioꝝ et ſupererogationū illis ſolis ppōnātur qui iam perfecti ſunt: quin potius oib⁹ qui ad pfectionis culmen cōſcēdere volūt. Qd quidem tāq̄ difficile ⁊ arduum non eſt oīm ſ3 paucoꝝ. Porro ratio illa qua ſubſeq̄nter conatur aſtruere xpi opera ⁊ exēpla equaliter cūctis eſſe ꝓpoſita: q2 ſi aliqd egit qd̄ tantū imitādum eſſet imperfectis/ videretur tūc q̄ debuiſſet vxorem accipere/et cōtētionib⁹ ſe ingerere: vt hoꝝ exēpla imperfectis preberet/nulli⁹ eſt efficacie ſed magne demētie. Nūq̄ em̄ rationem hāc ꝓbabilem crederet niſi experiētiam carnalis libidinis ⁊ cōpugnātiam litis cōdeſcēſioni diuine dulcedinis ī noſtris infirmitatib⁹ ſuſcipiēdis temeritate quadā erronea coequaret. ac ſi aperte diceret. Si xps condeſcēdit infirmitati hūane in actu comeſtionis ⁊ fuge: pari rōne condeſcēdere debuit ī actu carnalis libidinis ⁊ litis cōtētione. Alioquin ratio ſua nō valet. Et vere non valet / q2 non eſt ſiſe hinc inde: q2 in illis infirmitatib⁹ decuit nobis condeſcēdere xpm que cōmuniter reſpiciūt naturā lapſam: nec aliquam habēt feditatem annexam: in aliis vo nequaq̄. Tādem ſi qs vigilāter attendat qd finaliter concludit ⁊ intēdit: patēter aduertit q̄ ſeipm̄ paralogiſando multiplici inuoluit errore. Ait em̄. Cū due ſint ptes pfectionis: ſc3 ſua vēdere ac diſtribuere et xpm dn̄m ſequi: ſicut ad fundamētū religionis requirit̄ neceſſario q̄ oīa ſua relinquat / ſic ad cōplemētum exigit̄ q̄ ſua reliquēs xpm imitet̄ in oib⁹ iuxta poſſibilitatem humanam. Propter qd̄ nō paruā aſſerit eſſe blaſphemiā dicere xpm in his que ſm naturā noſtrā geſſit: non in oib⁹ ſed in aliqb⁹ imitandū eis potiſſime q̄ perfecti eſſe conāt̄. Uerū licet vba hmōi in ſupficie videātur aliquā pretēdere rōnem: tñ ſm veritatem rōcinatio ſua nullū oīno habet vigorē: ſed ⁊ cōcluſio multimodā cōtinet falſitatē. Non em̄ eſt ſiſe de dimiſſione ſuoꝝ: et imitatiōe actuū xpi. Nam dimittere ſua act⁹ eſt vnus ⁊ vniformis q̄ perfectioni non cōſonat ſi diminute: hoc eſt ſm partem et non ſm totū fiat. Actus aūt xpi ſunt multiformes ⁊ varii: et q̄uis ī cōparatione ad xpi perſonā oēs ſint pfecti/tñ ſm naturā propriā quidā ſunt excellētes/quidā cōdeſcēſiui: ſicut ī precedētib⁹ aliqualiter patuit/et ſubſequenter patebit. Sane ſi veꝝ eſt ſicut cōcludit q̄ pfectio dicat vl'em cōformitatē ad xpi opera: et impfectio diſſonātiā multa per oēm modū ſequuntur abſurda. Nam cū xps mulieres ſecū comitātes et ipm ſuſtentantes habuerit: ſequitur q̄ imperfectus fuerit paul⁹ qui hoc recuſauit. Cū xps inter hoīes habitauerit: imperfect⁹ fuerit iohānes baptiſta q̄ relict3 turbis ſolitaria loca queſiuit. Cū xps vinū biberit: imperfect⁹ idem baptiſta qui vinum et ſicerā non guſtauit. Cum xps ſolus cū muliere locut⁹ fuerit: imperfectus vir qui a mulieris conſortio ſe elongat. Cum xps mulieri peccatrici pedes oſculādos prebuerit imperfectus vir qui mulierū cōtactus abhorret et vitat. Cū xps diuidere he-

reditatem inter fratres recuſauit: imperfectus erit qui iurgātes pro hereditatis diuiſione germanos ad pacem et equitatem reducit. Cum xp̄s ſciēter loculos furi ꝯſeruādos cōmiſerit: imperfectus oīs erit q̄ furem diſpenſatorem expellēs fidelem requirit. Cum xp̄s in ipſa ſua paſſiōe tacuerit: imperfectus oīs erit q̄ pro xp̄o patiēs veritatem dicit. Et ſic in plurib⁹ alijs pōt inductio fieri: vt in fuga/et in comeſtione/et loculis taceamus: que oīa tam abſurda ſunt vt ſi q̄s ea conetur defendere/non tam videatur errare q̄ȝ inſanire.

Vt autem hec ⁊ his ſimilia prudēs lector effugiat inconueniētia/in que is cui reſpōdem⁹ ex incōſideratione deuenit: attēdere debet q̄ deceptionis hui⁹ duplex extitit cauſa. Prima cauſa eſt q̄ȝ cum ſciret xp̄m eſſe oīs perfectiōis exēplum/modum tamen hui⁹ exemplaritatis neſciuit vel aduertere neglexit. Scd̄a cauſa eſt q̄ȝ cum clare perpēderet imperfectionem a perfectione deficere/modū tamen hui⁹ defectionis non potuit inueſtigare. Intelligēdum eſt igiť q̄ cū xp̄s ſit verbum increatum ⁊ incarnatū duplex eſt ī eo ratio exēplaritatis: eterne videlicet ⁊ temporalis. Eterne inq̄ȝ ſm̄ q̄ eſt ſplēdor eterne glorie ⁊ figura ſubſtātie dei patris/atq̄ȝ candor lucis eterne: et ſpeculum ſine macula maieſtatis dei. In quo quidem ſpeculo exēplariter cūcta creata relucēt/q̄ a principio cōditionis mūdi vſq̄ȝ in finem ad perfectionem vniuerſi toti⁹ tam ſpūaliter q̄ȝ ſenſibiliter producūtur. Et ſm̄ hoc eſt xp̄s vt verbum increatum ſpeculum intellectuale ⁊ exēplum eternū totius machine mūdialis. In quātum aūt verbū incarnatū in aſſūpte humanitatis conuerſatiōe exēplum ⁊ ſpeculum eſt oīm gratiaꝝ et virtutum ⁊ meritorum: ad cui⁹ exēplaris imitatiōem erigēdum eſt tabernaculum militātis eccleſie. Iuxta qđ Moyſi myſterialiter dictum eſt. Inſpice ⁊ fac ſm̄ exemplar quod tibi in mōte mōſtratum eſt. Et queādmodū ab illo vno eterno exēplari indiuiſo tam diuerſe manāt creaturaꝝ nature ⁊ naturaꝝ ꝑfectiōes ſm̄ variam ipſi⁹ ſummi boni participationem qđ perfecte ab vna aliqua creatura capi non poterat: ꝓpter qđ et diuerſas cōſtituit de⁹ reꝝ ſpecies ad vniuerſi cōpletionem. ſic et a v̄bo illo incarnato tanq̄ȝ ab originali principio gratie: de cui⁹ plenitudine accepim⁹ omnes: et tanq̄ȝ a ſpeculo ī quo ⁊ a quo oīs ſanctitatis ⁊ ſapiētie plenitudo ⁊ pulchritudo refulget: diuerſi ſtatus grad⁹ et ordines ſm̄ variam diſtributiōem donoꝝ et variū imitādi modum exēplariter deriuātur: in quib⁹ ſm̄ multiformem participationem multimoda xp̄i perfectio ſic diſtribuiť: vt ſimul reperiatur in oīb⁹: nec tamen in aliquo vno ſolo ſm̄ oīmode plenitudinis totalitatem refulgeat: ſȝ quilibet gradus ⁊ ſtatus pro ſue menſure modulo ſm̄ plus et minus iſtiuſmodi exēplaris influentiam ſuſcipit: et ad ipſius imitationem accedit. Refulgēt aūt a xp̄o tāq̄ȝ a totius noſtre ſalutis exēplari et originali pcipio actus multiformes. Nam quidam actus in ip̄o reſpiciunt ſublimitatem potentie: vt ſuper aquas ſiccis pedibus ambulare: elemēta conuertere: panes multiplicare: ſeip̄m transfigurare: et cetera miracula facere. Quidā ſapientie lucem: vt arcana celeſtia referre: ſecreta cordium ſcrutari: et futura predicere. Quidam ſeueritatem iudicij: ſicut vēdētes eijcere de templo: cathedras vendētium colūbas euertere: et dura increpatione ferire pontifices. Quidā officij dignitatē: vt ſacramētum conficere ſacratiſſimi corporis ſui: manus imponere ⁊ relaxare peccata. Quidam condeſcēſionem miſerie: vt latere ī perſecutione: trepidare ⁊ cōtriſtari in morte: et pro amotione calicis patrem rogare. Quidam informatiōem vite ꝑfecte: vt paupertatē ſeruare: virginitatē cuſtodire: deo ⁊ hominibus ſeip̄m ſubijcere: noctes ī oratione

peruigiles ducere: ꝓ crucifixoribꝰ exorare. ⁊ morti ſe ſumma charitate etiam pro inimicis offerre. Cum igiẗ ſex ſint hmõi actuũ varietates: in his vltimis dũtaxat ipm imitari eſt perfectũ. Nã in his que ſunt excellentie ſingularis: eſt impiũ ⁊ luciferianũ: niſi fuerint alicui priuilegij ſingularis dono conceſſum. In his autẽ que ſunt ſeueritatis et dignitatis eſt preſidentiũ et prelatorum. In his q̃ condeſcẽſionis: eſt infirmorum: inq̃tum loquimur ad actũ extrinſecum. Nequaq̃ igiẗ vt dogmatizat: ſumma chriſtiane pfectionis conſiſtit in vniuerſali imitatione actuũ chriſti: ſed tñ illorum qui vite perfecte imitationẽ reſpiciunt. Ex quo apparet ꝙ hmõi veritatis ignorantia: pma fuit in eo cauſa erroris. Quã etiam ſcda comitata eſt videlꝫ ꝙ impfectionẽ a perfectione ratiõabiliter nõ diſcreuit. dũ imprudenter aſſeruit ꝙ imperfectio ⁊ perfectio differunt ſicut rectitudo ⁊ diſtortio: ſicut iuſticia et peccatum: ſicut puritas ⁊ pollutio: ſicut gloria ⁊ ignominia. ſicut vita et mors. ſicut ſanitas ⁊ morbus. ſicut inceſſus ⁊ claudicatio. Ex quibꝰ magna incõuenientia ſequũtur ⁊ multa: quorũ aliqua ſuperiꝰ ſunt expreſſa. Propẗ qđ diligens lector aduertat ꝙ pfectio ⁊ iperfectio non differunt ſicut duo ꝯria: ſed ſicut maius bonum et minus bonũ. ſicut fini propinquum ⁊ longinquum: ſicut magis meritorium ⁊ minus: ſicut magis deiforme ⁊ minus: ſicut gloria ⁊ ſanctitas maior et minor. Qđ q̃ꝫ intelligẽtibꝰ ſit per ſe notum. ad tollendũ tamen omnẽ dubitationis ſcrupulũ: auctoritatibꝰ ſanctorum eſt probandũ. Ait enim Amb. de officijs lib. j. Officium omne aut medium aut pfectũ eſt. Quod eque ſcripturarum auctoritatibus probare poſſumus. Habemꝰ eni a dño in euangelio dictum. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Non homicidiũ facies. Non adulterabis. Hec media ſunt officia quibus aliquid deeſt. ideo ſequiẗ. Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vẽde omnia que habes: ⁊ da pauperibus. et ſequere me. Hoc eſt igitur pfectum officiũ: qđ greci katorthoma vocant: quo corriguntur omnia que aliquos poterunt lapſus habere. Hec Ambro. Ex q̃bus colligitur ꝙ medium officiũ qđ eſt imperfectum: nullũ dicit peccatũ. cũ conſiſtat in obſeruantia mandatorum. Idem etiam ſup primã ꝓpoſitionẽ epiſtole ad Corinth. A licitis tẽperare voluerunt fideles: vt nõ ſolum innocẽtes ſed ⁊ glorioſi videanẗ. Conceſſa eni preterire virtutis eſt maxime. Hec Amb. Si igitur vti licitis innocẽtia. cõceſſa preterire perfectio. cõſtat ꝙ impfectio ſimul cum innocẽtia ſtat. Nõ eſt ergo peccatum. Auguſtinus quoq̃ de bono coniugali. Quid dicturi ſumꝰ ad euidentiſſimã apoſtoli vocẽ dicentis. Qđ vult faciat. Nõ peccat ſi nubat. ⁊ ſi acceperis vxorem nõ peccaſti. ⁊ ſi nupſerit virgo non peccauit. Hinc certe dubitare fas nõ eſt nuptias nõ eſſe pctm̃. Non itaq̃ nuptias ꝫm veniam cõcedit apoſtolꝰ. Nam quis ambigat abſurdiſſime dici: non eos peccaſſe quibus venia conceditur? Hec Auguſt. Conſtat autem ꝙ nuptie non ſtant cũ euangelica perfectione: qua eunuchiſari docet chriſtus ꝓpter regnum celorum. Igiẗ imperfectio non requirit veniã: nec eſt de ſe aliqua culpa. Idem etiã in eodẽ libro. Bonũ inquit erat qđ fecit martha occupata circa miniſteriũ ſanctorꝫ ſed melius qđ maria ſoror eius. Bonũ ſuſanne in coniugali caſtitate laudamꝰ ſed tamen ei vidue anne bonũ ⁊ multo magis virginis marie bonũ anteponimus. Bonum erat qđ faciebant qui de ſua ſubſtantia chriſto ⁊ ſuis diſcipulis miniſtrabant: ſed meliꝰ qui omnẽ ſubſtantiam dimiſerunt vt chriſtum dñm expeditiores ſequerentur. Hec Augu. In quibus luculenter oſtẽdit ꝙ perfectum nõ differt ab imperfectione ſicut virtuoſum a vicioſo. ſed ſicut maiꝰ bonum a minus bono. Hoc ipm Hieron. ad ebidiã dicit expſſe. Uis ait eſſe pfecta. et in primo ſtare faſtigio dignitatꝭ: fac qđ fecerunt apoſtoli. Et poſt. Non vis eſſe pfecta: et ſcdm tenere gradum

virtutis: dimitte omnia que habes. da propinquis. da filijs. nemo te reprehendit ſi inferiora ſecteris. dūmodo ſcias illam tibi iure prelatam q̄ elegerit p̄ma. Hucuſq; Hieronymꝰ. Ecce q̄ patenter ait ꝛ aſſerit q imperfectio que eſt ſecūdi ꝛ inferioris ſtatꝰ ꝛ gradus: nō dicitur quid reprehenſibile ꝛ peccatum. Idem quoq; ad demetriadē ait. Prohibentur mala: precipiunt bona. conceduntur media. ſuadētur pfecta. In duobus primis peccatum omne concludit. reliqua vero in noſtra poſita ſunt poteſtate. vt aut cū minori glia vtamur cōceſſis ac licitis. aut ob maiꝰ premiū ea que nobis cōceſſa ſunt reſpuamꝰ. Hec Hiero. Quid his clariꝰ ad propoſitū dici poteſt? Quibꝰ quantumcūq; tardum ingenium: niſi fortaſſe fuerit excecatum malicia ab omni prefati erroris caligine non dubitamꝰ poſſe purgari: maxime ſi velit aduertere: q recenter baptizatus quāq; nondū peruenit ad apicē pfectionis ꝛ meriti: nulla tamen eſt infectus labe peccati.

## Prime reſponſionis tertia particula tertiūq; capitulū: in quo euangelice perfectiōis integritas panditur: eiuſq; ſtatus ſublimis ꝛ gradus multiformis aperitur.

Quoniam aūt ſcriptoris intentio non tā debet eſſe de falſitatis reprobatione: q̄ de veritatis reſeratione ſollicita. quatenꝰ erroris tenebroſitate depulſa: mentalibꝰ legentium oculis radiꝰ vere lucis infulgeat. ideo perfectiōis notificatiōe falſa ꝛ erronea iam improbata: cōſiderandū nobis eſt in quo pfectio conſiſtat. tandemq; per quem modū vnus ſtatꝰ pfectionis alterum in ipſa perfectione tranſcendit.

Sciēdum eſt igit q radix: forma: finis: cōplementū: et vinculum perfectionis charitas eſt ad quā magiſter omniū legē ꝛ pphetas. ꝛ per ꝯſequēs vniuerſa dei documenta reducit. Ipa vero charitas triplicem habet ſtatū. Vnum quidem infimū in obſeruantia mandatorum legalium. Scđm vero medium in adimpletione ſpūaliū cōſilioꝝ. Tertiū vero ſummū in perfruitione ſempiternalium iocūditatū. Ideo triplex eſt pfectōis differētia. i ſacra ſcptura ſcripta. Vna quidē neceſſitatis. de qua in deutero. Perfectus eris ꝛ abſq; macula corā dño deo tuo. glo. i. abſq; macla criminali. Et de hac pſper in li. de vita contēplatiua. Perfecti ſunt q̄ volēdo qđ deus vult nullis petīs quibꝰ deus offenditur acquieſcūt. Scđa eſt perfectio ſupererogatiōis. de q̄ in Math. Si vis pfectꝰ eſſe vade ꝛ vende omnia que habes ꝛ da pauperibꝰ. Et de hac dicit Hierony. ad eliodorū. Perfectꝰ ſeruus xp̄i: nihil p̄ter xp̄m habet. aut ſi preter ipm aliquid hꝫ: perfectꝰ nō eſt. Tertia eſt perfectio vltimate plenitudinis. de qua ſapiens in pverbijs. Iuſtorum ſemita q̄ſi lux ſplendēs creſcit ꝛ pcedit vſq; ad pfectā diē. i. diuine viſionis fulgidā claritatē. Et de hac aug. p̄mo ſoliloquioꝝ. Vere pfecta virtus eſt rō pueniēs vſq; ad finem: quē beata vita conſequit. Prima igit ꝛ ſcđa pfectio a tertia differūt ſicut meritum differt a premio. Media quoq; a p̄ma differt: ſicut diſtinguit cōſiliū a precepto. Omia vero tā ꝯſilia q̄ precepta referūt ad charitatis ipletionē ꝛ obſeruantiā. quā ſic deſcribit apl's ad Thimotheū. Charitas eſt finis p̄cepti: de corde puro: conſciētia bona: ꝛ fide non ficta. inſinuans triplicem actū charitatis. videlicet declinare a malo: pſequi bona. et patiēter ferre aduerſa. Nam pp̄ter declinationē a malo dicit de corde puro. pp̄ter proſecutionē bonoꝝ dicitur de cōſcientia bona: propter vero tolerātiam aduerſoꝝ dicitur: de fide non ficta. glo. id eſt non fictili vel fragili. ſed ꝯtra aduerſa forti. Quia vero hic triplex charitatis actus duobus modis ab habitu virtutis egreditur. vel ſm legē precepti ꝛ obligatiōis neceſſarie ꝛ vniuerſal' vel ſm legē conſilij ꝛ obligationis ſpontanee ꝛ ſpecialis. ꝛ ſequēs includit primum. ꝛ ſupaddit q̄tū poſſibilitas viatoris admittit. hinc eſt q ſcđm cum pſā

mo dicitur perfectum: primũ ꝓ̄o abſq; ſecundo q̄uis ſit quodãmodo perfectũ: reſpectu tamen ſecundi dicitur imperfectum. ſicut dicit Ambro. in li. de officijs in auctoritate capitulo p̄cedenti ꝓpoſita. Cũ igitur de perfectione euangelica loquimur: ſ̄m cõmunẽ acceptionem de hac materia intelligimus. Et iſtius modi perfectiõis notificationem ex precedẽtibus colligere poſſumus. videlʒ ꝙ ipſa ſit conformitas viatoris ad chriſtum: per illum v̄tutis habitũ: quo ſuperogatiue declinãtur mala: efficiuntur bona: ꝛ aduerſa ꝑferunť. In his namq; tribus tres partes euangelice perfectionis conſiſtũt. Porro cũ ex conuerſione inordinata ad triplex bonum cõmutabile. ſ. exterius: interius: ꝛ inferius. omne peccatum trahat originem ſ̄m concupiſcentiã oculorum: ſuperbiam vite: cõcupiſcentiã carnis. et hec tria vitari habeant non ſolũ q̄tum ad actum ꝛ conſenſum. qḋ fit per virtutes illis oppoſitas. verũetiam q̄tũ ad occaſionem. ꝛ hoc quidẽ promotiuum ſit in merito ꝛ expediẽs ad ſalutem. ꝑfectionis magiſter chriſtꝰ ad perfecte declinandũ ↄcupiſcentiã oculorũ conſulit ꝙ hec omĩa temporalia relinquantur ſ̄m illud Matth. Si vis perfectus eſſe ꝛc. Ad perfecte autẽ declinãdum ſuperbiam vite ſuadet ꝙ voluntas ꝓpria abnegeť. iuxta illud matth. Qui vult venire poſt me abneget ꝛc. Ad ꝑfecte autẽ declinandum concupiſcentiam carnis edocet ꝙ omĩs experiẽtia ſ̄m actum generatiue potẽtie abſcindatur. ſic inquiẽs illud matth. Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerũt ꝓpter regnũ celorum. qui poteſt capere capiat. In hac igitur triplici ſuperogatiua declinatione triplicis originis omĩs mali p̄mam partem euangelice perfectionis conſiſtere: et ſacra ſcriptura inſinuat: et veri doctores aſtruunt. ꝛ ſancti patres religionũ inſtitutores affirmant.

¶ Secunda vero pars perfectionis euangelice cõſiſtit in ſuperogatiua proſecutione bonorum que ſ̄m duplicem vitam videlʒ actiuã et contemplatiuã in duobus conſiſtit. videlʒ in cõdeſcenſione ad proximum: ꝛ in ſurſum actiõe mentis in deum. Conſiſtit autẽ ſupererogatiua condeſcenſio charitatis ad proximum in hoc. vt ſ̄m legem iuſticie ꝛ miſericordie amoris ſigna ꝛ beneficia non ſolũ ad amicos. verũetiam ad inimicos largiflua benignitate ꝓtendanť ſ̄m illud matth. Diligite inimicos veſtros: benefacite his qui oderunt vos. Et poſt. Eſtote ꝑfecti ſicut ꝛ pater veſter celeſtis perfectus eſt. Per hunc etiã modũ ſuperogatiua ſurſum actio mentis in deũ in hoc attendiť: vt ſ̄m legem mentalis mundicie ac pacis per amorem extaticũ in diuinos ſplendores et ardores: ſacra mens deuota ſentiat ꝛ patiatur exceſſum. iuxta illḋ apoſtoli ad Corinth. Siue mente excedimus deo: ſiue ſobrij ſumꝰ vobis. Et ad Heb. Perfectorum eſt cibus ſolidus. Tertia deniq; euangelice ꝑfectõis portio conſiſtit in ſupererogatiua ꝑpeſſione aduerſi. Que quidem attendiť non ſolum in hoc vt quis patienter aduerſa perferat: cum ſibi ſuperuenerint que ſ̄m legem dei declinari nõ poſſunt q̄m ad hoc omnes tenentur. verũetiam vt ex feruore diuini amorꝭ magno deſiderio illa ꝓpter: ꝛ cũ magno gaudio illa ſuſtineat. ſ̄m illud Jacobi. Omẽ gaudium exiſtimate fratres: cũ in tẽtatiões varias incideritis. Et poſt. Patientia opus perfectũ habeat: vt ſitis perfecti et integri: in nullo deficiẽtes. Hic nãq; eſt cõſũmatio ꝑfectiõis ꝛ charitatis. iuxᷓ illud. j. Joh. Perfecta charitas foras mittit timorem. ſ̄m igitur hoc arca ſpũalꝭ ꝑfectiõis cũ inferiꝰ ſit tricamerata: ꝛ bicamerata in medio. i cubito ↄſũmatur: Hoc ſane ꝑfectiõis arcanũ ſaluator nr̄ mõſtrauit in ſemetipo tanq̄ in mõte ſublimi. q̄ totiꝰ ꝑfectõis eſt ſplendor ſpeculũ ꝛ exemplar. iuxta ꝙ ipſe teſtatur in luca. Perfectꝰ diſcipulꝰ oĩs erit: ſi ſit ſicut mgr̄ eiꝰ. Et idõ i huiꝰ deſignatione cũ hanc docere apl̄os voluit: in montẽ ↄſcendit. non turbas imperfectas alloquens: ſed diſcipulos ſuos. quos ad perfectionis culmen exaltare

decreuerat. Et ꝓpterea ſex prefata eo quo dictū eſt ordine docet. Nā primo dicens. Bti paupes ſpū: inuitat ad perfectam abdicationē temporaliū poſſeſſionum. Scd̄o addens: bti mites. inducit ad abnegationē ꝓpriarum voluntatum et ſenſuum. qbus quis imitis ꝛ ꝓteruus efficitur. Tertio ſubdēs. beati q̄ lugent: incitat ad fugā perfectā carnalium voluptatū. Dehinc ſubiūgens. beati qui eſuriūt ꝛ ſitiunt iuſtitiam: et beati miſericordes: attrahit ad iuſtam piam ꝛ cōdeſcenſiuā proximorū ſupportationem. Poſt hec ſupaddens: beati mūdo corde. ꝛ beati pacifici. allicit ad ſurſum actiōem limpidam in intellectu ꝛ tranquillā ſiue pacificā in affectu. q̄bus aīa perfecti viri hierl'm conformis efficitur: que viſio pacis interpretatur. Tandē concludēs. beati qui perſecutionē patiuntur ꝓpter iuſtitiā: qm̄ ipſorum eſt regnū celorum: quaſi circulum faciens redit ad principiū: quia in hoc vno ſumma cōplet̄ vniuerſorū. ac per hoc ſenaria perfectio minoris mundi in eſſe reparationis ꝛ gratie: directe correſpōdet ſenarie ꝓductioni mūdialis machine in eſſe nature. Unde ſicut illorum tria prima ꝑtinent ad diſtictionem. tria ſequētia ad ornatū. ſic etiam in his tria prima quaſi diſtinguēdo ſeparant aīe vires ab vniuerſitate maloꝝ vt eſſe habeāt purū atq̄ diſtinctū. tria ſequentia quaſi adornādo eaſdē reducunt in deum: vt habeāt eſſe decorum atq̄ perfectū. Porro ſi deſcēdatur ad ſingula: tā mira eſt correſpōdentia ordinis tanteq̄ ſimilitudinis ſymbolū. vt illud qd̄ poſt dieꝝ ſex opera dicit̄. igit̄ ꝑfecti ſunt celi ꝛ terra ꝛ om̄is ornatus eoꝝ. in aīa viri ꝑfecti videat̄ eſſe completum. Propt̄ qd̄ inſtar triū p̄morum opeꝝ q̄ ſunt mūdi fundamēta. ꝛ triū ſequentiū q̄ ſunt cōplementa. Tria p̄ma ex his cadunt ſub voto. Tria ꝟo ſequētia ſub deſiderio. In cuius rei teſtimonium beat⁹ paupeꝝ ꝑriarcha franciſc⁹ in p̄ncipio regule ſue tria p̄ma ꝓponit vt vouēda tanq̄ fundamēta dicēs. Regula ꝛ vita fratꝝ minorū hec eſt. ſ. dn̄i noſtri ieſu chriſti ſanctū euangeliū obſeruare viuendo in obedientia ſine proprio ꝛ in caſtitate. Alia ꝟo tria poſtmodum vt deſiderāda ꝯmēdat tanq̄ ꝯplemēta dicēs. Attendāt fratres q̄ ſuper oīa deſiderare debēt habere ſpm̄ dn̄i ꝛ ſanctā eius operationē. orare ſemp ad deū puro corde. ꝛ habere humilitatē ꝛ patientiā in perſecutiōe ꝛ in infirmitate. ꝛ diligere eos q̄ nos perſequunt̄ ꝛ reprehendūt ꝛ arguūt. Ubi illa tria tangit. Nā p̄mittit ſurſum actionē in deū: et ſubiūgit vltimo ꝯdeſcēſionē ad proximum: interponēs in medio tolerantiā aduerſorū. Igit̄ in trib⁹ primis vir ꝑfectus crucifigit̄ mundo. Trib⁹ ſequētibus cōformis efficit̄ deo: vt q̄ſi ſex alis ſeraphicis a mūdialib⁹ eleuet̄: ꝛ in diuina feratur. Proinde digne huic paupculo ſacro q̄ perfectionē euangelij ꝑfecte ſeruauit et docuit. in apparitiōe ſeraphica ſtigmata ſua tanq̄ ſigillū approbatiuū impſſit: vt contra finaliū tēporum ꝑiculoſam caliginē manifeſtū nobis in via ꝑfectionis oſtēderet ſignū quo reduceremur in xp̄m perfecte virtutis exemplar ꝛ finem. Ac per hoc doceremur ad perfectionē attingere. ſi tamen diſcamus non alta ſapere: ſed humilibus conſentire.

Cum autem ꝑfectio euangelica circa quam modo ſermo verſatur: in his que ſunt ſupererogationis: ſit in precedentibus monſtrata ꝯſiſtere. ea ꝟo q̄ ſuperogationis ſunt non ſolum reſpiciūt dona chariſmatū. verūetiam exercitia virtutū: manifeſte colligitur q̄ huiuſmodi perfectio nō ſine virtuoſorum habituum exercitatione poſſidetur. Huiuſmodi autem exercitia virtutū ſupererogantiū: aut fiunt ex mera volūtate abſq̄ obligatōe: ꝛ tūc dicūt quandā perfectionē actionis et meriti: aut cum voluntate dicunt quādam obligationē ſuperinductā ex voto emiſſo vel ex officio iniūcto. ꝛ tūc dicūt ꝑfectionē ſtat⁹ ꝛ ordīs. in q̄ videl3 quis actib⁹ perfectis non ſolum eſt deditus. verūetiam ad act⁹ perfectionis

aſtrictus. Que quidē aſtrictio de pfectione non minuit: ſed potiꝰ culmen ſuperinducit: quia de tēporali facit eternum dū nō licet reſilire a voto: et de noſtro diuinū facit non ſolum actum: ſed etiam voluntatē dedicans deo: totum illi offert ⁊ redigit ſub iure diuio. dūq ppriam ſacrificat voluntatē: q̄ eſt impciabile bonū: ⁊ maxime chaꝛ ⁊ intimū. offert deo ſacrificiū medullatū. ac per hoc perfectū ⁊ integrū: et optimū deo ſumme acceptū. Unde Aug. tractans illud pſ. Sicut iurauit dño: votū vouit deo iacob. ait ſic. Quid vouemus deo: niſi vt ſimꝰ templū dei. Nihil enim gratius poſſumꝰ ei offerre. q̄ꝫ vt dicamus ei qđ dicitur in Eſa. Poſſide nos Hec Aug. Si igitur perfectius poſſidet q̄ poſſidet ad vſum ⁊ proprietatem: q̄ꝫ qui quoad vſum tm̄. pfectiꝰ ſe dedicat qui deo ſe offert ⁊ quoad vſum operis: ⁊ quo ad arbitriū volūtatis. Quēadmodū Anſelmꝰ in libro de ſilitudinibus per exemplū ſenſibile patēter oſtēdit in duobꝰ. Quoꝛ vnus pro tempore offert dño arboris fructū ſed retinet proprietatē. Alter vo largit̄ vtraqꝫ. et huiꝰ ſcđi donū ⁊ oblationē tanq̄ꝫ liberalius offerentis: dicit non imerito debere preferri. Ac per hoc iuxta hm̄ōi ſimilitudinem: opus vouētis: opere nō vouentis deo acceptabiliꝰ eſſe demōſtrat pro eo videlꝫ q̄ ſit introducta in voluntatem ex mera libertate neceſſitas: gratioſitatē obſequij non diminuit: ſed cōſummat. Idē quoqꝫ ſcribens epō pariſienſi. et eū redarguēs: q̄ clericū de monaſterio ſancti martini de cāpis extraxerat ait ſic. Si om̄ia agenda ſunt cum conſilio: cuius magni ꝯſilio q̄ꝫ eius qui admirabilis: cōſiliarius: deꝰ fortis dicitur? Ipſe quoqꝫ conſulit ad pfectionem nitentibus: vt omnia relinquant ⁊ ſe ſequantur. Qđ cōſiliū magis in monaſterio q̄ꝫ in alio vite ꝓpoſito impleri ſancti patres intellexerāt. Hoc ipm̄ grego. in regi. ſcribens Deſiderio epō/pro clerico volente religionē intrare dicit ſic. Minime ſit ei impedimēto vr̄a fraternitas. magis aūt paſtorali admonitione ſuccēdite: vt feruoꝛ huiꝰ deſiderij in eo non tepeſcat. vt qui a turbulento ſecularium turbaꝛ tumultu ſe ſegregans: quietis deſiderio monaſterij portum appetit. Rurſus eccl'iaſticarū curarū non debeat tumultibꝰ implicari: ſed in dei laudibꝰ ſecure permittat̄ liber ab his omnibꝰ vt poſtulat pmanere. Bernardus quoqꝫ in lib. de diſpenſatione ⁊ precepto. Audire inquit a me vultis: vnde inter cetera penitētie inſtituta monaſterialis diſcipliā meruerit hanc ꝓrogatiuā: vt ſcđm baptiſma nūcupetur. Arbitroꝛ ob pfectam mundi abrenūciationē: ac ſingularē excellentiā vite ſpūalis qua preeminēs vniuerſis vite humane gñibus huiuſmodi cōuerſatio ꝓfeſſores ſuos ⁊ amatores ſuos: angelis ſil'es: diſſimiles hominibus facit. imo diuinā in hoīe reformat imaginem: cōfigurans chriſto ad inſtar baptiſmi. dū per id qđ mortificamꝰ membra noſtra que ſunt ſuper terrā. Rurſū xp̄m induimꝰ cōplantati ſimilitudini mortis eius. Idē etiā aſtruit glo. ſuper triceſimū numeroꝛ dicens. Alij vouēt vitulos: alij arietes vel domos: nazareꝰ ſemetipm̄. Hoc eſt nazarei votū: quod eſt ſuper omne votū. Filius enim vel filia: aut pecꝰ aut pđiū extra nos eſt. ſemetipm̄ deo offerre: nō alieno laboꝛe: ſꝫ proprio placere: perfectiꝰ ⁊ eminētius eſt omnibꝰ votis. Et his om̄ibus aperte clareſcit: q̄ religionis votum in ſtatu pfectiōis collocat tanq̄ꝫ adminiculās ad perfecte ꝟtutis exercitiū. Qđ intelligentes p̄res. in quarto cōcilio toletano ſtatuerūt: q̄ liber ſit clericis ad religionē ingreſſus: ſic dicentes. Placuit clericos monachoꝛ ꝓpoſitum appetētes: q2 melioꝛē vitam ſequi cupiūt: liberos eſſe debere ab epīs ad monaſterioꝛ ingreſſus. Hoc autē q2 non ſolum auctoꝛitatibꝰ probari poteſt: ſed etiā vniuerſis ſanctoꝛū exemplis: qui de clericali ſtatu ad religionē tranſierūt: adeo certum eſt: vt ſi quis cōtraire voluerit: non minus videat̄ deſipere q̄ꝫ errare. Si quis autē erroꝛe deceptꝰ: pfatis conetur obſiſtere: aſſerendo q̄ perfectius

ſit manere in ſeculo: q2 circa magis difficile virtus cōſiſtit. ꝛ difficili⁹ eſt inter multas peccandi occaſiones pctā vitare. ꝛ mirabili⁹ eſt hominē in medio flāmarum nō vri. ꝛ victorioſi⁹ eſt inter numeroſiores hoſtiū acies: ꝛ frequentiores inſult⁹: ꝛ maiora bellorū diſcrimina de hoſtib⁹ triumphare. Reſpōdebim⁹ nō ideo ſtatū maioris eſſe ꝟtutis: q2 minoris eſt ſecuritatis. nec iō ſtatum aliquem pfectioris eſſe iuſticie: q2 proximior eſt ruine. nec etiā ideo magis eſſe perfectum: q2 difficili⁹ eſt in ipſo vitare peccatū. Eſt enī triplex difficultas. Prima ꝓueniens ex arduitate ꝛ nobilitate generis opis. ſicut oīni ſe caſtrare cōcubitu. oīni abrenūciare poſſeſſioni. ꝛ oīno ſe aliene ꝓpter deum ſubijcere voluntati: Et hec abſqꝫ dubio auget meritum. Iuxta illud Matth. Intrate per anguſtā portam. Ubi gl. Satis anguſtum eſt oīnia pretermittere: vnū ſolum diligere: vnū querere: ad vnum quotidie pulſare. ꝓſpera non ambire: aduerſa non timere. In his cōſiſtit difficultas rōne gn̄is et opis. Maior difficultatis anguſtia reperit̃ in via diuini conſilij: quā pauciores inueniunt. q̄ȝ in via diuini precepti: per quā oīnes gradiuntur iuſti. Unde Hiero. ad ruſticū monachū. Si perfecta ſequi deſideras exi cum abraam de patria ꝛ de cognatione tua: et pge quo neſcis. Si habes ſubſtantiā vēde ꝛ da pauperib⁹. ſi non habes grandi onere liberat⁹ es. Nudū xp̄m nudus ſequere. Dux grande ꝛ difficile: ſed magna ſunt premia. ¶ Eſt et alia difficultas veniens ex vicioſitate per ſe agētis. ſicut difficilius eſt diuiti auaro dare minuta. q̄ȝ largo maiora. ꝛ ſuperbo ſe alteri ſubdere. ꝛ guloſo ieiunare. ꝛ aſſueto voluptatib⁹ carnis difficilius continere. Et hoc nō auget meritum: ſed miſeriam. Un̄ Hiero. ad euſtochium. Soror tua bleſilla etate maior: ſed propoſito minor. Poſt acceptū maritum ſeptimo menſe viduata eſt. O infelix hūana cōditio ꝛ futuri neſcia. Nā et virginitatis coronā: ꝛ nuptiarū perdidit voluptatē. Et q̄ȝ ſcōm pudicicie gradū teneat: quas tamen illā p̄imo menta ſingula ſuſtinere eſtimas cruces ſpectantē quotidie in ſorore quod ipſa perdidit. et cum difficilius experta careat voluptate: minorē cōtinentie habere mercedem? ¶ Eſt et tertia difficultas ex circūſtantijs extrinſecus annexis trahens originem. ſicut difficilius eſt abſtinere cū apponuntur delicata cibaria. difficilius eſt bona temporalia contēnere quando offerunt̃ magna et pulchra. difficili⁹ continere in conſortio feminarum. Et hec difficultas per accidens ꝛ indirecte auget aliquando meritum. cum virt⁹ inter hec illeſa triūphat: ſed directe et per ſe eſt magis via ad ruinā. ꝛ ideo fugienda. Un̄ ſuper illud Matth. Diues difficile intrabit in regnum celorum. dicit Rabanus. Nō ait impoſſibile: ſed difficile. hoc eſt maximi laboris eſſe: pecunias habētes et in pecunijs confidentes: exutis philargyrie retinaculis aulā regni celeſtis intrare. Nec tamen ex hoc inferri poteſt ꝙ diuites ſint pauperibus pfectiores. cū domin⁹ adoleſcēti diuiti conſilium dederit vt pauper fieret: ſi vellet eſſe pfectus. Expedit igitur ad perfectionē virtutis ꝛ meriti difficultatē huiuſmodi non amplecti: ſed fugere. Unde Auguſti. de ſingularitate clericorū. Lubrica ſpes eſt que inter fomenta peccatoꝝ ſe ſaluari ſperat: incerta victoria inter hoſtilia arma pugnare. ꝛ impoſſibilis liberatio flāmis circūdari nec ardere. Hec Aug. Cui ꝛ conſonat Hiero. contra vigilātiū. qui ſtatū ſeculariū ſtatui religionis preferre conabatur. Cur inquit pergis ad heremū? videlꝫ vt te nō videam: te non audiā: vt tuo furore nō mouear: vt tua bella non patiar: ne me capiat oculus meretricis: ne me forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Rn̄debis. Hoc nō eſt pugnare: ſꝫ fugere. Sta in acie. aduerſarijs armatus obſiſte: vt cum viceris coroneris. Fateor imbecillitatē meam. nolo ſpe pugnare victorie: ne perdam aliquādo victoriam. Si fugero: gladiū deuitaui ſi ſtetero: aut vincendū eſt mihi aut ca

dendum. Quid neceſſe eſt: certa dimittere: et incerta ſectari? nulla ſecuritas eſt vicino ſerpente dormire. Poteſt fieri vt me nō mordeat: et tamen poteſt fieri vt aliquādo me mordeat. Quod de libidine diximus: referamus ad auariciam et ad omnia vicia que vitantur ſolitudine. Et ideo vrbiū frequentias declinamus: ne facere cōpellamur q̄ nos non tam natura cogit facere q̄ voluptas. Hec Hiero. Quibus error confutatur vigilantij: ſuorūq; ſequacium: eorum videlicet qui ſtatū ſecularium q̄tum ad perfectionis gradum ſtatui religionis vel preferre vel equare conā tur. Aduerſus quos et pauloante p̄mittit. Qꝫ autem aſſerit vigilanti⁹ eos melius facere qui vtunť rebus ſuis. et paulatim fructus poſſeſſionum ſuarū pauperibus diuidunt. q̄ illos qui poſſeſſionibus omnib⁹ venūdatis ſimul omnia largiuntur: non a me: ſed a dn̄o ſibi reſpondebitur. Si vis perfectus eſſe: vade et vende omnia que habes et da pauperibus. Ad eum loquitur qui vult eſſe perfectus. qui cum ap̄lis patrem nauiculam et rete dimittit. Iſte tn̄ quem tu laudas ſecundus aut terti⁹ gradus eſt. quem et nos precipimus dūmodo ſciamus prima ſecundis et tertijs preferenda.

Deniq; de cōparatione perfectionis ad perfectiōem ſm̄ preeminētie rationem patenter elucet q̄ aliquis perfectionis modus et ſtatus ſit eminētior altero. Cum enim ſeipſum caſtrare propter regnum celorū per votum continentie ſit perfectum. et certum eſt q̄ perfectiori modo fit illud per virginalem cōtinentiam. que fructui comparatur centeſimo. q̄ per vidualem que per ſeptuageſimum in euāgelica parabola deſignatur. Non eſt ergo cōtra p̄fectionis naturā q̄ de aliquibus duob⁹ que recte dicunť perfecta in ſtatu vie: vnū dicatur p̄fectius altero: q̄r et in ſtatu patrie vbi ad vltimam p̄fectionē beatificati p̄ueniunt. vn⁹ alteri ſm̄ ap̄licā doctrinā p̄ponit̄ inſtar celeſtiū luminū differentiū claritate. Attendendū eſt igiť q̄ cū p̄fectionem p̄fectiōi cōparam⁹: pōt hoc eſſe in eodē gn̄e vel in diuerſis. Nā ſicut ex p̄cedentib⁹ liquet: p̄fectio ſuperogatōis quedā exiſtit in exercitio virtutis. voto religionis: officio prelatiōis. Facta ergo cōparatione ad ſimilē p̄fectionis modū: primo ſm̄ exercitiū virtutis: illa p̄fectio eſt preeminētior: in qua radix charitatis pinguior. ſublimitas operationis excelſior: fraterne edificationis fructus vberior. Quāq̄ autē toti⁹ huius p̄fectionis origo ſit charitas. multum tn̄ facit ad ei⁹ ꝯplementū ip̄a opatio. Gregorio atteſtante qui ait. De dilectione cōditoris: lingua: mens et vita requiratur. Nunq̄ amor dei eſt ocioſus. operatur enim magna ſi eſt. ſi autē operari renuit amor non eſt. Multum etiam facit genus et nobilitas operis: quia ſicut clarū eſt: aureole premium non debetur habitui virtutis intrinſeco: ſed operi priuilegiato. vtpote predicationi: martyrio: virginitati. Multū etiam facit edificatio proximi: cū dn̄s dicat viris perfectis. Vos eſtis lux mūdi. Sic luceat lumen veſtrū coram hominibus vt videant opera veſtra bona.

¶ Similiť q̄tū ad votū religionis: illi⁹ eſt perfectio potior: in qua voueť paupertas altior: obedientia vniuerſalior: et forma caſtitatis honeſtior. Nam iſta tria ſicut expreſſe patet et gradus habent: et maius et minus recipiunt. et per hoc tanto in maioris perfectionis ſtatu conſtituuntur: quāto ſublimius vouentur: potiſſime ſi hec regularium obſeruantiarum inſtituta comitētur. quibus auſterius caſtigetur corpus: fructuoſius edificetur proximus. ac reuerentius colatur deus. Conſiſtit autem caſtigatio corporis in artitudine veſtium: victualium: et verborum. cum auſteritate laborum: vigiliarum: et aliarum afflictionum corporalium. Edificatio vero proximi: in exemplis exhibendis virtutum. Documentis ſcripturarum. Remedijs ſacramētorum. Preſidentijs regiminum. Iudicijs

iuſticiarum:et beneficijs miſerationū.
Cultus autem dei in reuerēti ac vigili
frequentatione pſalmoꝝ:hymnoꝝ:can
ticorum ſpiritualiū:adorationū:miſſa=
rum:ꝛ aliaꝝ diuinarū orōnū. Hec au=
tem ſimul reperire in aliquo vno ſtatu
religionis ꝓcellentius ꝙ̄ in alijs:valde
difficile ꝛ fortaſſis impoſſibile videbiꝭ
diligenter conſideranti. Et ideo ꝗ̄uis
vn⁹ religionis ſtat⁹ alterū precellat in
votis ſubſtantialib⁹.non tñ preferri po
teſt in om̄ibus.cum quilibet ſtatus ali=
quid ꝓrogatiue ſpālis obtineat: ꝗ̄ ſan=
cta mater noſtra ꝛ ſponſa xp̄i eccleſia
tanꝙ̄ veſtitu deaurato circūdata va=
rietate decoraꝭ: ꝛ deiformis efficitur.
¶ Per hunc etiā modum ſm̄ officiū
prelationis excellētioꝛ eſt perfectio in
quo eminētioꝛ cōfertur ſublimitas oꝛ=
dinis.videlꝫ ad purgādum:illuminan=
dum:ꝛ pficiendum.ꝛ oneroſioꝛ imponi
tur ſarcina laboris in paſcēdo cōmiſſū
gregem exemplo:vbo:ꝛ tēpoꝛali ſubſi=
dio.vberioꝛ etiam comitaꝭ fructuoſi=
tas ſalutis.ꝛ in eo qui preſidet:ꝛ in eis
ꝗ̄ ſubſunt:ꝛ in ceteris ad quos pſidē=
tis exempla ꝑueniūt. Requiriꝭ igitur
huius pfectiōis eminētioꝛ ſublimitas
vt prelat⁹ eccl'ie ꝗ̄to ſublimius preeſt:
tāto ſancti⁹ viuat: ſollicitius inuigilet
ꝛ fructuoſi⁹ gregem paſcat. ¶ Si au=
tem cōparatio fiat pfectionis ad perfe
ctionē in genere diuerſo ꝗ̄tum ad mo=
dum et ſtatum:dupliciter pōt intelligi
vel preſuppoſitorie:vel preciſe. Si pre=
ſuppoſitorie ſic abſqꝫ dubio maioꝛ eſt
pfectio que attendiꝭ ſm̄ exercitiū vir=
tutis:votū religionis:ꝛ officiū prelatio
nis:ꝙ̄ altero modo tm̄. Sed ſi pciſe cō=
paramus perfectionē religiōis aut p=
lationis ad pfectionem virtutis: nulla
proꝛſus eſt cōparatio in vero eſſe virtu
tis. Nam votū religiōis ſine exercita=
tione perfecte virtutis non eſt pfectio:
ſed peruerſio.nō perfectōis ſublimitas
ſed ſimulatio equitatis. Officiū vero
prelationis ſine culmine virtutis ꝛ me=
riti nō eſt vera ſublimatio: ſed deiectio
non glioſa excellentia:ſed piculoſa rui=
na. ꝑ eo ꝙ potentes potēter toꝛmenta
patientur.ꝛ duriſſimū iudiciū his qui
preſunt fiet. Cū igitur pfectio ſtatus ſi=
ne ratiōe voti:ſine rōne officij:ſine pfe=
ctione meriti pro modico habenda ſit.
pfectio vero meriti obtineri non poſſit
ſine charitate que eſt donū ſpūſancti
et nemo ſciat vtrum alterum in hoc do
no precellat:qꝛ etiam n ſcit ſe illud do=
num habere:nullus dꝫ ſe alteri in per=
fectione preferre:q̄n poti⁹ ſi fiat cōpa=
ratio perſonarū in excellētia pfectiōis:
debent viri ꝗ̄tumcūqꝫ pfecti iuxta do
ctrinam apl'i ſupioꝛes ſibijnuicem arbi
trari. Unde Auguſt. de bono cōiugali
Non recte inquit cōparanꝭ homies ho
minibus in vno aliquo bono. Fieri eñ
pōt vt alius homo non habeat aliquid
qꝺ alius habet: ſed aliud habeat quod
pluris eſtimandum eſt. Et paulopoſt.
Meli⁹ eſt habere om̄ia bona vel mino=
ra: ꝙ̄ magnū bonū cum magno malo.
quia in bonis coꝛpoꝛis meli⁹ eſt habere
ſtaturam zachei cum ſanitate: ꝙ̄ golie
cum febre. Porro de cōparatione ſta=
tuum religiōis ꝛ prelatiōis:melioꝛi ſal=
uo iudicio dicere poſſum⁹:ꝙ hmōi cō=
paratio fieri poteſt:vꝭ ꝗ̄tum ad ea que
ſunt de ſubſtantia:vel ꝗ̄tum ad ea que
ſunt de cōgruentia ſtatuum. Si ꝗ̄tum
ad ea que ſunt de ſubſtantia: ſic ſe hñt
velut excedētia et exceſſa:pro eo vide=
licet ꝙ ad perfectionem ſtat⁹ religiōis
neceſſario requiritur abdicatio ꝓprie=
tatis. Ad quē tñ minime aſtringuntur
prelati eccleſie.ſicut pꝫ.xij.q.j.ex con
cilio agatenſi. Epi de rebus proprijs vꝭ
acquiſitis:vel quicquid de proprio ha
bent:heredibus ſuis ſi voluerint dere=
linquant. Uerūtamen om̄is prelatus
ex ipſo prelationis officio teneꝭ non ſo=
lum ad ea que ſunt ſalutis propꝛie:ſed
etiā plebis ſibi cōmiſſe. Nam et ꝓ quo=
libet ſubditoꝝ a dn̄o dicitur. Cuſtodi
virum iſtū:qui ſi lapſus fuerit erit aīa
tua pro aīa illius. Et ad hoc religioſus
ex ipſo religionis voto nequaꝙ̄ aſtrin=
gitur. Si autē fiat cōparatio ſtatuum
ꝗ̄tum ad ea que ſunt de cōgruētia ſta=
tuum.ſic ſimpliciter dicendum ꝙ ſtat⁹
prelatiōis ꝛ eius pfectio eſt eminētioꝛ.

queadmodum inſinuat dionyſiꝰ in lib. de eccl'iaſtica hierarchia dicēs. Sicut qui dicit hierarchiā / ſummatim dicit vniuerſoꝝ ſacroꝝ ornatū: ita dicēs hierarcham mōſtrat ī deo manētem ⁊ diuinum viꝝ in quo oīs hierarchia pficitur. Silr̄ et Hiero. ad Fabiolā. Tāta debet eſſe ſciētia et eruditio pontificis dei: vt greſſus eiꝰ et motus ⁊ vniuerſa vocalia ſint: veritatem mēte cōcipiat: et toto eam habitu reſonet ⁊ ornatu: vt quicqd agit / qcqd loquit̄ ſit doctrina aploꝝ. Nec tn̄ ex his pōt inferri ꝙ ad pontificis ſtatū requirat̄ ꝙ oēs ſtatus precellat in oībus: alioquin non poſſet fieri pōtifex niſi eſſet virgo: cōgruit tn̄ ꝙ in his precellat que ad paſcendi gregis ſpectāt officiū: ſicut ſcribit Hiero. ad Occeanū. Futurꝰ paſtor eccl'ie talis eligat̄ cuiꝰ cōparatione ſubiectꝰ populus merito grex dicat̄. Et Greg. in paſto. Tāto debet actiōem ppl'i actio precedere preſulis / ꝗtum diſtare ſolet a grege vita paſtoris. Quapropter ad prelatiōis ſtatū non cōgruit accedere niſi pfectū; vt ibidē ait Greg. Virtutibus pollēs coactꝰ ad regimen veniat: virtutibꝰ vacuus nec coactꝰ accedat. Status vero religionis peccatores ⁊ imperfectos admittit vt iuſtos efficiat / et ad pfectiōem adducat. Et ideo ꝗꝗ prelationis ſtatꝰ in pfectione ſit altior: religiōis tn̄ ſtatꝰ ſecurior / et morbis noſtris curādꝫ expediētior: p eo ꝙ a multis periculis eruit qbꝰ ſtatꝰ prelationis exponit. Primum quidē rōne annexi honorꝫ. Iuxta illd̄ Aug. ſup ps. Quāto plus honoramur / tanto plus periclitamur. Hmōi aūt periculum manifeſtās Greg. ſup illud Iob. qui dicit regi apoſtata: ait. Vnuſqſqꝫ rector quotiēs extollitur ꝙ ceteros regit: totiens p lapſum ſupbie a ſūmi rectorꝫ officio ſeparatur. Idē etiā ī regiſ. Ego viā capitis mei ſequens / ſūmopere decreuerā eſſe opprobrium hoīm ⁊ abiectio plebis: vt tāto veraciꝰ intꝰ aſcēderem / ꝗto foris hūiliꝰ iacerē. Adiacet igit̄ ſtatui prelatiōis periculum rōne honoris / necnon et oneris ⁊ occupationis. Vn̄ idē Grego. vij. moral'. Ois q̄ diſpēſandis rebꝰ terrenis preſidet: occulti hoſtis iaculis latiꝰ patet. Nam cū ad diſpēſanda exteriora mens extēdere ſe efficaciter nitit̄ / a ſui cōſideratiōe ſeparat̄. Appa ret igit̄ ꝙ ſtatꝰ prelationis ſimul eſt excelſus ⁊ periculoſus: et ideo ipm̄ appetere ſimul eſt periculoſum / preſūptuoſum / et ſtultū. Propt̄ qd̄ ait Aug. xix. de ciui. dei. Locꝰ ſupior ſine quo ppl's regi non pōt: et ſi ita adminiſtret̄ vt decet / tn̄ indecēter appetitur. Et ideo ait Greg. xviij. moral'. Sācti viri nequaꝗ curas extrinſecas appetūt: ſꝫ occulto ordine ſibi ſuperimpoſitas gemunt. Et ꝗuis illas p meliorē intētiōem fugiāt: tn̄ per ſubditā mentē portāt: quas quidem ſūmopere ſi liceat vitare feſtināt: ſꝫ timētes occultas diſpēſationes dei tenēt qd̄ fugiūt / exercent qd̄ vitāt. Ex his aperte colligitur ꝙ locꝰ prelatiōis p ſublimitate quidē gradꝰ et multiformitate periculi a viris iam pbate virtutis pōt coactiōe ⁊ formidine ſuſcipi: a pctōribꝰ vero ⁊ infirmis tota debet intentione vitari: a nullis pſus appeti: et ab oībꝰ honorari. Statꝰ aūt religionis ab vniuerſis tā iuſtis ꝗ pctōribꝰ: tam pfectis ꝗ impfectis: tā ſapiētibꝰ ꝗ ſimplicibꝰ licite pōt appeti: a nullis debet cōtēni: ab his vero q̄ vocātur diuinitus ſecure ſuſcipi et ſtudioſe ſeruari. Hec de perfectione diffuſiꝰ dicta ſunt p eo ꝙ nō paruū adminiculū cōferūt ad declinationē erroꝝ ſequentiū: in q̄s is cui rn̄dere incepimꝰ incidit: qꝛ conſiderare predeterminata: vel ex ruditate nō valuit: vel ex pteruitate cōtēpſit.

## ¶ Secūde reſpōſionis prima particula: quartūqꝫ capl'm: in quo appetitꝰ martyrij de ſe pfectꝰ oſtēdit̄: et ecōtra fuga de ſe impfecta mōſtrat̄

Spirituali diuine legis intelligētia pditos: nequaꝗ arbitramur ambigere: pfectiōis euāgelice culmen inſtar dauitice turris ſpūalibus ppugnaculis eſſe munitū: quibus et foris hoſtilitas infeſta repellit̄: ⁊ in-

tus trãquillitas imperturbata ſeruať.
Hoꝛ aũt pꝛecipuũ locũ tenere deſide:
riũ paſſiõis ⁊ moꝛtis ꝑ noie dñi noſtri
ieſu xp̃i: ipſe nobilis chꝛiſtiani exercitꝰ
dux aplꝰs Paulꝰ euidẽter oſtẽdit: cũ
ad Heb. dicit. Curramꝰ per patiẽtiam
ad ꝓpoſitũ nobis certamen: aſpiciẽtes
in auctoꝛẽ fidei ⁊ cõſummatoꝛẽ ieſum:
q̃ ꝓpoſito ſibi gaudio crucem ſuſtinuit
cõfuſione cõtẽpta. vbi glo. Succincti
et expediti curramꝰ ſine dubitatiõe ad
certamen martyꝛij: aſpiciẽtes ĩ aucto:
rem fidei: qui ſcꝫ oĩa bona terrena con:
tẽpſit vt cõtẽnẽda mõſtraret: et oĩa ma
la terrena ſuſtinuit que ſuſtinẽda pꝛeci
piebat: vt nec ĩ illis quereret felicitas
nec in iſtis timereť infelicitas. Et pau
lo poſt. Vinctꝰ eſt q̃ infirmitatũ vincu:
la ſoluit: moꝛtuꝰ eſt q̃ moꝛtuos ſuſcita:
uit: alnoꝛe itaq̃ꝫ eiꝰ ſiĺia patiamur. hec
Glo. Ad hec q̃q̃ꝫ idem Aplꝰs ſuo nos
hoꝛtať exẽplo ad Coꝛ. ſcribẽs. Ego in
quit libẽtiſſime impẽdar ⁊ ſuperimpẽ:
dar: ego ip̃e ꝑ aĩabꝰ vr̃is. Ibi glo. Per
fecta charitas hec eſt: vt q̃s paratꝰ ſit
etiã pꝛo fratribꝰ moꝛi. Sed nũq̃d moꝛ
vt naſciť iam ꝓꝛſus ꝑfecta eſt: imo vt
ꝑficiať naſciť. Cũ em̃ fuerit nata nutri
tur: cum fuerit nutrita roboꝛať: cũ fue
rit roboꝛata perficiť: cũ ad ꝑfectiõem
peruenerit / dicit. Cupio diſſolui ⁊ eſſe
cũ xp̃o. hec Glo. Per que patẽter col:
ligitur q̃ ꝑfecte charitatis actꝰ eſt ſui
coꝛpoꝛis diſſolutiõem ⁊ moꝛtẽ appete
re: exẽplo ipſiꝰ Apĺi dicẽtis ad Phiĺ.
Cupio diſſolui et eſſe cũ xp̃o. Vbi glo.
Sũt quidã hoĩes imꝑfecti q̃ cũ patiẽ:
tia moꝛiũtur: et ſunt q̃dã hoĩes ꝑfecti
q̃ cũ patiẽtia viuũt. Qui em̃ deſiderãt
iſtã vitã: cũ venerit illis dies moꝛtis lu
ctãtur aduerſum ſe vt ſequãtur volũta
tem dei. qui ꝟo deſiderat ſicut aplꝰs diſ
ſolui ⁊ eſſe cũ xp̃o: non patiẽter moꝛiť /
ſed patiẽter viuit ⁊ delectabiliter moꝛi
tur. Vñ paſſioni appꝛopĩquãs exulta:
bat ⁊ gĺiabať: dicens. Bonũ certamen
certaui. ⁊c̃. hec Glo. Ecce q̃ nihil cla:
rius ad ꝓpoſitũ põt adduci: cũ exp̃ſſe
dicat ꝑfectiõem charitatis cõſiſtere in
deſiderio moꝛtꝭ. ¶ Põt aũt ⁊ hoc ip̃m
neceſſaria rõne concludi. Si em̃ amoꝛ
vt dicit Diony. eſt vis vnitiua: et ſi hec
locutio eſt vera ꝑ ſe: neceſſario ſequitur
q̃ ꝑfectꝰ dei amoꝛ ꝑfecte inclinat amã
tem ad om̃e illud ꝑ qd̃ conueniẽtiꝰ inti
mius ⁊ celeriꝰ amato poſſit vniri: ſꝫ ni:
chil eſt quod magis diſponit vt celeriꝰ
et intimiꝰ ſp̃us hoĩs in ſtatu moꝛtalita:
tis exiſtẽs vniať imoꝛtali ⁊ impaſſibili
deo: q̃ꝫ ſuſtinẽtia moꝛtis illate pꝛopter
honoꝛem dei. Neceſſe eſt igiť perfecte
amãtem hoc deſiderare anteq̃ꝫ illd̃ obti
neat: et cũ obtinuerit perfecte letari.
Vnde et de aplĩs dr̃ q̃ ibant gaudẽtes
a cõſpectu cõcilij: q̃m̃ digni habiti ſunt
ꝑ noĩe ieſu cõtumeliam pati. Ip̃e etiã
amoꝛ vt dicit Hugo vis eſt trãſfoꝛma:
tiua. Qui igiť xp̃m ꝑfecte amat: pꝛeci
puo mẽtis affectu eidẽ cõfigurari per
optat: in his potiſſimũ que diuina lex
dictat. Sed cõfiguratio ad xp̃m pꝛeci:
pue ſaluãdis ↄueniẽs ĩ ſtatu p̃ñtis mi:
ſerie attẽditur ſ̃m aſſimilatiõem ĩ paſ:
ſione ⁊ moꝛte. Petro atteſtãte qui ait.
Chꝛiſtus ꝑ nobis paſſus eſt: vobis reli
quẽs exẽplũ vt ſequamini veſtigia eiꝰ.
Hoc igiť eſt ad qd̃ inclinatione pꝛeci:
pua ꝑfecte charitatis ardoꝛ inflãmat.
Iuxta illd̃ Canť. Foꝛtis eſt vt moꝛs di
lectio: dura ſicut infernꝰ emulatio: lã:
pades eiꝰ lãpades ignis atq̃ꝫ flãmarũ.
Idem nihilominꝰ amoꝛ vt dr̃ Richar.
eſt vis liberaliter diffuſiua. Vbi igitur
ꝑfectꝰ eſt amoꝛ / ibi ⁊ perfecta diffuſio:
vel actu ſi oppoꝛtunitas adeſt: vel ſi nõ
adeſt ſaltẽ deſiderio pleno. Cũ igiť tra
ditio ſui in moꝛtẽ pꝛo alicuiꝰ amoꝛe ſit
diffuſſionis ꝑmaxime: neceſſe eſt perfe
ctum charitatis amoꝛẽ ad id aſpirare.
Iuxta illud qd̃ habeť in Iohã. Maio
rem hac dilectiõem nẽo habet vt aĩam
ſuã ponat q̃s ꝑ amicis ſuis. Moꝛtem
itaq̃ꝫ ꝑ xp̃o deſiderare: moꝛti ſe ꝑ xp̃o
exponere: et in moꝛtis agone gaudere /
actꝰ eſt charitatis ꝑfecte. Poꝛro moꝛ
tem fugere actꝰ eſt imꝑfectiõis q̃ꝫtum
in ſe eſt. Põt tñ ad ꝑfectionem reduci
ꝑ circũſtãtiã ſupadditã ſicut determi:
natũ eſt ſupꝛa: vt pote cũ q̃s hoc facit
vt ſe reſeruet ad gĺioſioꝛem triũphum:

ſtum non ꝓpter concupiſcentias proprias abſtinuiſſe: q2 nullas habuit: ſed vt abſtinēdo exemplū daret alijs ſuas cōcupiſcētias refrenandi. Verū ſi hāc intelligentiā habet. ſenſum rectitudis teneat: ſed verbū erroris īmutet. Querimus tamen ab eo quibꝰ exemplū hoc prebuit chriſtus. vtrū pfectis de quibꝰ idem dicit ꝙ iam ꝯcupiſcētias domuerunt. an impfectis qui adhuc concupiſcentijs agitantur: Cōſtat ꝙ impfectꝭ. Si igitur xps tanꝗ medicus infirmis cōdeſcēdendo exemplū prebuit. et quaſi de hmōi medicinali potōne guſtauit abſqꝫ detrimēto pfectiōis ſue. vt quid tot in vanum ꝟba protulit ⁊ cōſcripſit aduerſus hanc ꝟitatem: quā de ipſius impugnātis ore eiuſdē inuincibilis veritatis virtus extorſit: Tertio ſubdit ꝙ his tribꝰ modis abſtinere pfectis chriſtus precepit. nec cōtrarium precepit imperfectis. ſed quibus placuit miſericorditer indulſit. Hec verba ipſiꝰ in qbus veritati contradicit ⁊ ſibijpſi. Veritati quidem: q2 maxime aſtringūtur impfecti ad idolatica vitanda. nec eis indulget ꝙ alios ſcandalizēt: aut ſuas concupiſcentias non refrenēt. Sibijpſi etiam contradicit: quia cum ſupra docuerit abſtinentiam impfectis magis competere ꝗ perfectis: ꝓpter quod dicit abſtinentiā vini iniunctā ſacerdotibus veteris teſtamenti: non noui. nunc ſeipm redarguens dicit ꝙ abſtinentia viris perfectis precipit ⁊ impfectis indulgetur. In quo dū vno deſtruit breui ſermone quicquid ſupra conſtruxerat. manifeſte declarat: ꝙ qui ſtudio cōtentionis deſeruit. dum arcu tenſo doloſo per ſagittā ſermonis emiſſam alterum vulnerare ſatagit. iuſto dei iudicio ſemetipm prius ipſe configit.

## ¶ Secūde reſpōſionis tertia particula Sextumqꝫ capitulum: in quo ieiunij artitudo vt conſona perfectioni defenditur. et eius multiplex cōmendatio ſubinfertur.

Satis euidēter per determinata ptꝫ vt credimꝰ ieiunij artitudinē velut abſtinentie culmen: euangelice perfectionis ſtructure nō modicum preſtare munimen. Verū q2 cōtentionis amator aduerſus ipſius prerogatiuā nouum diſputatōis certamē aggreditur. ſtultitie ſue reſpondere cōpellimur. vt ſimplices a perfectione nō reuocet. nec ſibi ſapiens eſſe videatur. Etenim cū is contra quē ſcribit nullā de ieiunio mentionē fecerit: ſicut ipſemet recognoſcit: quia tamen aliꝰ predicans fuit de ieiunij perfectione locutꝰ: noua eum diſputatione cōfutare conatur: quaſi ei non ſufficiat agere contra vnum. ꝗn potiꝰ hiſmaelitico more manum erigit cōtra omnes. vt iuſto dei iudicio manus ſit omniū contra eum. Et quidem qđ vir peritꝰ vt iſte fatetur docuit. chriſtum ieiunando ſolis pfectis ⁊ comedēdo ſolis impfectis exemplū dediſſe: nullatenus videt eſſe credibile cum omnibus conſtet ꝙ tam ieiunare ꝗ comedere fieri pōt nō ſolum perfecte ⁊ imperfecte. verūetiā bene et male: ſancte et impie: ꝟm rationē diuerſoꝝ finiū et circūſtātiarū. In hoc tamē eſt differētia inter ieiunia ſeruare ⁊ ieiunia ſoluere: ꝙ pmū de ſe eſt difficile et arduū: ac de ſe efficax ad repreſſionē carnalis libidinis. ⁊ exercitatiōem ſpūalis ꝟtutis. ⁊ ideo de ratione ſui generis bonū ⁊ ad perfectionē ordinatū. Secūdum autem. ſ. ieiunia ſoluere facile eſt ⁊ carni ſuaue: ⁊ ad qđ iclinat mētalis īfirmitas: ⁊ ideo impfectum de ſe: ꝗuis ⁊ pfecte fieri poſſit rōne circūſtantie ſupaddite: vtpote cum a viro pfecto fit ratione debilitatis ꝓprie: vel ꝯdeſcēſiōis fraterne. Fatemur igit vna cū illo contra quem ſcribit. ꝙ loquēdo de natura hmōi actuū perfectius eſt ieiunia ſeruare ꝗ ſoluere: ⁊ ꝙ xps ois ꝟtutis exēplar et ꝓ tpe ieiunauit: ⁊ ꝓ tpe ieiunia ſoluit. vt in primo auſteritatis vite preberet exemplum: ⁊ in ſcđo humane īfirmitati pſtaret ſolaciū. Propter quod et primum fuit rigoris. ſcđm cōdeſcen-

ſionis vtrūq; tamen perfectum in xp̄o: q2 ex perfectiſſima charitate ꝓceſſit. Nam condeſceſio vt ex predeterminatis eſt euidēs: nullā imperfectiōem ponit in cōdeſcēdēte/ſed in eis ſolū quib9 cōdeſcēdit̄ vel in ip̄o gn̄e actus. Hoc ſi voluiſſet calūniator aduertere varios in quos incidit falſorꝝ dogmatū declinaſſet errores. Nam ſup falſum primo ſe fundans/falſi criminis impoſitione catholici doctoris verba deprauat: ſed et veriſimili quadam diſtinctione mōdorum ieiunandi erroris ſui verſutias occultat: tandem frauduleta cōmēdatione ſolutionis ieiunij carnalis laſciuie venena ꝓpinat. Aggrediēs igitur eum cōtra quem ſcribit primum redarguit tāq; hereticū et preſumptuoſum et vere pfectionis inimicū. Sūma aūt pſuaſionis ſue qua velut hereticum cōfutare conat̄ hec eſſe colligit̄. Quia ſi xp̄s aliqua fecit quib9 exēplū prebuit perfectis tātūmodo/tūc ſequit̄ ꝙ inuidus fuerit: q2 pfectionem imperfectis inuidit. Item ſi aliqua fecit tantū imitāda imperfectis: cū illa non potuerit eſſe perfecta. aut xp̄s duas habet perſonas: quarꝝ vna fecit perfecta alia imperfecta ſm̄ dogma neſtorij. aut ſi dei patris pfecta ſunt opera ⁊ xp̄i imperfecta: tūc erit pſona filij minor pſona patris: iuxta impietatē arrij ſiue fontini. Hui9 aūt ſophiſtice rōcinationis proceſſus auctorem ſuū et ignorātē demoſtrat ⁊ impiū. Si em̄ ſciētiam haberet vel quātūcūq; exilem/manifeſte ppenderet ꝙ ſicut vniuerſitatis creator diuerſis rerꝝ gn̄ib9 ſm̄ magis ⁊ minus naturarū virtutū et operationū nobilitates diſtribuit: non ſolū abſq; malignitate inuidie/verūetiā cū multa manifeſtatione bonitatis ſue: ſic ⁊ hūani gn̄is recreator non ſolū abſq; inuidia/ſ; etiā ex multa charitatis beniuolētia diuerſa largit̄ chariſmatū dona: diuerſa reuelat myſteriorꝝ archana: diuerſa graduum et prelationū officia: diuerſa tādem virtutum prebet exēpla: ita ꝙ vnidat imitari vnū/alteri alterꝝ. Iuxta qd̄ apl's loquēs de cōtinētie gradib9 ait. Vnuſqſq; donum ꝓpriū habet a deo. Inſuper cū dicitur ꝙ xp̄s aliqua ꝓpoſuit imitāda pfectis: ſi ſane ſaperet nō ſolū de illis intelligeret q̄ iam perfecti ſunt/ſed de oib9 qui cupiūt eſſe pfecti: ſicut etiam xp̄s adoleſcenti cū dixerat Vnū tibi deeſt. ſubdit. Si vis eſſe perfectus vade ⁊ vēde. ⁊c̄. Nullis ḡ ſemitam perfectionis precludit: nullis inuidet: nullos repellit: ſ; gradū ſtatuit cōpetētem his q̄ ad pfectionem ſatagūt ꝓuehi/non his q̄ volūt in imperfectione verſari. Qd̄ aūt ex diuerſitate operationum in xp̄o vel minoritate reſpectu operū patris infert xp̄m vel duplicis eſſe pſone ⁊ in ip̄a perſonalitate diuina eſſe minorem patre/neſtorij ſimul ⁊ arrij erroneam ſapit impietatem. Nūq; em̄ ex pluralitate operationum ſequit̄ pluralitas perſonarū niſi ſm̄ neſtoriū/ſed pluralitas virtutum ⁊ naturarum. Nec ex minoritate operationis ſequit̄ minoritas in pſonalitate diuina/ſed in natura aſſūpta: niſi ſm̄ arrium qui ex hoc ꝙ xp̄s dicit ſe patre minorem: qd̄ fideles intelligunt ſm̄ naturā humanā/infert inequalitatē in pſonalitate ⁊ natura diuina. Si igit̄ hāc rōnem credit valere dum errorem alteri conat̄ impingere/manifeſte cōuincit̄ vt neſtorian9 et arrian9 errare. Verū nec his cōtēt9 ſeruū dei ꝯtra quē ſcribit tāq; preſumptuoſum inuadit ⁊ arguit: ꝓ eo videlicet ꝙ cōtra ꝓhibitionem apl'i iudicat alienum ſeruum: in hoc ꝙ mādu cātes aſſerit impfectos. Nam cū oīs imperfectio vt dicit ſit reatus: ſit etiā cōfigurās mūdo: ſit ⁊ diſplicēs deo: ſi qs mādu cātes impfectos dixerit, hoc ip̄o iudicat ⁊ cōdēnat eoſdem tāq; reos in ſe ipſis: mūdo conformes ⁊ deo diſplicentes. qd̄ quidem aſſerere nil aliud eſt vt dicit q̄ȝ inſanire. et hec ſumma rōnum ſuarꝝ. S; huic ex aduerſo veraciter dr̄. O preſumptio nequiſſima: vnde creata es operire terrā malicia? Preſumptuoſe em̄ atq; maligne alienū iudicat ſeruū: qui dicēti verꝝ impingit mendacium: ſicut hic agit cū id peritū hoiem ſenſiſſe aſſerit: qd̄ falſum eſſe vix quan-

tūcūq3 imperit⁹ ignoret. Quis em̄ tā
ſtolidus vt dicat q̄ oīs manducans ſit
imperfect⁹: cū hoc neceſſariū et cōmu
ne ſit om̄i viatori tam pfecto q̄3 imper-
fecto/tam bono q̄3 malo: Sʒ eſto q̄ q̄s
dixerit q̄ ieiunia ſoluere ſit act⁹ imper
fectus q̄tum eſt de ꝓpo gñe: non tñ ex
hoc ſeq̄tur q̄ oīs ieiunia ſoluēs vel co-
medēs ſit imperfect⁹: ꝑ eo q̄ ſicut ſepe
dictum eſt circūſtātia pōt eſſe perſone
et actui annexa que ab omni imperfe-
ctiōe excuſet. Inſuper alia eſt cōpara-
tio actuum/et alia pſonaꝝ. Unde ſicut
non ſeq̄t̄: ſi perfectioꝛ eſt virginitas
q̄3 cōiugiū q̄ ideo virgo ſit ſemꝑ perfe-
ctioꝛ coniugata: qꝛ pōt eſſe q̄ virgo ſit
impia ⁊ cōiugata ſit ſancta: ſic ⁊ ad eā
cōparationem qua ieiuniū comeſtioni
pꝛefert̄ nō ſeq̄tur q̄ ieiunās ſit vniuer-
ſaliter comedēte perfectioꝛ: ac per hoc
multo min⁹ inferri pōt q̄ comedens ſit
imperfect⁹. Ex hoc aūt q̄ dicit imper
fectionem eſſe reatū: rem mūdo cōfoꝛ-
mem/et deo diſplicētem: ſequūtur ab-
ſurditates innumere. Nam cū virtus
charitas ⁊ iuſticia aliquādo ſit imper-
fecta/erit ꝫ reatui obnoxia/cōfoꝛmis
mūdo/et diſplicēs deo. Amplius cum
ip̄m cōiugium de ſua ratione ſit imper
fectum: neceſſario ſeq̄tur q̄ ſit culpabi
le ⁊ diſplicēs deo. Sed ⁊ pudicitia cō-
iugalis cū ſit imperfecta reſpectu vir-
ginalis/erit deo diſplicens: ac per hoc
iuxta manicheum nō erit matrimoniū
a deo inſtitutū. Pꝛeterea ſi oīs imper-
fectio in artificiato artifici diſplicet vt
hic temerarie aſſerit: cū oīa a deo crea
ta pri⁹ imperfecta fuerint q̄3 perfecta/
vniuerſa in ſue pꝛoductionis pꝛīcipio
diſplicuerūt conditoꝛi ſuo: ſed null⁹ ſa-
piēter operās ꝓducit q̄d ſibi diſplicet:
ſequitur ergo q̄ pꝛima rerum opera nō
ſunt a deo in ſapientia facta. Et qꝛ hec
abſurdiſſima ſunt/illa ex quib⁹ ſequun
tur repudiāda ſunt tāq̄3 erronea: et ex
falſo intellectu imperfectionis ꝓcedē-
tia: ſicut in pꝛecedētib⁹ patēter oſtēdi-
mus. Sed nec iſta cōtētioſo diſputato
ri ſufficiūt: nam adhuc pꝛudētem virū
tanq̄3 perfectionis hoſtem inſequitur.
Arguit em̄. ſi ieiuniū ſoluere eſt imper-
fectum: ſenes q̄ ieiunare nō poſſunt in
imperfectionem labunt̄. Sił̄r ⁊ coꝛpo
re imbecilles in virtute decreſcūt: cum
tñ dicat ap̄ls q̄ virt⁹ in infirmitate per
ficitur. Inſuper et ſoluētes ieiuniū in
dieb⁹ dñicis ƀm mādatum canonū/im
perfecti erūt. Deſunt itaq̄ rōnes ipſi⁹
in quib⁹ non tam ei⁹ cui aduerſat̄ im-
pugnat ſentētiam q̄3 ieiunij ſanctitatē
perfectā. Cū em̄ null⁹ perit⁹ hoc dixe-
rit/null⁹ etiā hoc ſenſerit q̄ ſolutio ieiu
nij ex rōnabili cauſa perfectioni repu-
gnet: aut pꝛefate rōnes oīno ſunt friuo
le: aut ex hoc imperitis videntur ꝓbabi
les: qꝛ nullū perfectiōis opus eſt q̄d in-
termitti pōt ſalua pfectiōe: ac per hoc
qꝛ ieiunium ſalua pfectione intermitti
pōt/cōcludi poſſe videtur q̄ non ſit de
perfectionis integritate. Et q̄m hac ra
tione ad impugnationem perfectionis
in cōſequētib⁹ frequēter ſe munit: ideo
vt hac vna reſpōſiōe ſophiſticatio ipſi⁹
diſſoluat̄ vbiq̄/pꝛudens lectoꝛ aduer-
tat q̄ act⁹ ad pfectiōem ſpectātes qui-
dam ſunt intrinſeci et eſſentiales tanq̄3
ƀm ſe pfecti et pfectiui: quidā aūt ſunt
exterioꝛes et ad pfectionis cōplemētū
adminiculantes ⁊ exercitatiui. et hoꝝ
quidā poſſunt intermitti pꝛo loco ⁊ tē-
poꝛe ſalua pfectiōe: quidā aūt niſi pꝛo
loco ⁊ tēpoꝛe intermittātur cum perfe
ctione ſtare non pn̄t. vñ Beda ſup Lu.
Quis neſciat viſcera mīe: benignita-
tem: humilitatem: patiētiam: caſtitatē
et his ſił̄ia: ſine vlla tēpoꝝ intercapedi-
ne fidelib⁹ eſſe ſeruā da. At ꝟo famem:
ſitim: vigilias: nuditatem: lectionē: oꝛa
tionem: laboꝛē operādi ⁊ cetera hm̄oi:
ſi q̄s ſemper exequēda putauerit/hoꝝ
ſe fructu pꝛiuabit. hec Beda. Ad hoc
ip̄m facit q̄d dicit Aug. de bono coniu
gali. Habebat inquit thimothe⁹ virtu-
tem continēdi a vino: quā non ei abſtu-
lit paulus monēdo vt vino modico vte
retur ꝓpter ſtomachum ⁊ frequentes
ſuas infirmitates: alioquin pernicioſe
docebat vt ꝓpter ſalutem coꝛpoꝛis fie
ret in aīo dānum virtutis. ſed qꝛ pote-
rat ea ꝟtute ſalua fieri q̄d monebat ita

relaxata eſt corpori vtilitas bibendi vt maneret in aı̄o habitus continēdi. hec Augu. Ex quibus patenter colligitur ꝙ opus virtutis intermitti pōt virtute ſalua: ac per hoc etiam opus perfectionis ipſa perfectione ſeruata. Ad palliandam quoqꝫ abſurditatem ſui dogmatꝭ quo ieiunium a perfectione ſequeſtrare contēdit: ſex differētias ieiunioꝝ diſtiguēdo ſubnectit. Dicit eñ ꝙ ſex modis cōtigit ieiunare. Primo cauſa laudis hūane. ſcđo cauſa auaricie. tertio cauſa cōcupiſcētie refrenāde. quarto ex abūdāti mīa ad dandum exēplum. quinto ad deſignādum myſterium. ſexto ꝓpter gerēdum alijs morem ⁊ ſcandalum vitādum. Hec aūt diſtinctio ſuperficialiter cōſiderata erroneam ipſi⁹ ſentētiā palliare videt̄: ſed diligēti examinatiōe diſcuſſa ꝓpalare cognoſcit̄. Nam ex his ſex modis duos ſm veritatem dicit cōpetere hypocritis ⁊ auaris: tertiū ſcꝫ cauſa cōcupiſcētie refrenande cōpetere aſſerit perfectis et imperfectis: qꝛ vt dicit ī quātouis ſancto remanet aliquid de cōcupiſcētijs eum cendis. Et poſt ſubdit ꝙ hoc ieiunium xp̄s non aſſūpſerit. Et tertio ſubiungit ꝙ hoc ieiuniū magꝭ imperfecto ꝙ̄ perfecto monacho cōpetit. Sed hoc tertio loco dictum ei qđ primo poſuerat aperte cōtradicit. Nam ſi ī quātūcūqꝫ perfecto aliquid remanet de concupiſcentijs euincēdis: cū plene vincere ac domare cōcupiſcētias magis cōpetat perfecto ꝙ̄ imperfecto: magis eis competit modus hic ieiunādi vbi corporalium virium imbecillitas non obſiſtit. vnde Hiero. Hylarionis perfectiſſimi monachi vitā deſcribēs. A .lxiiij. anno inquit vſqꝫ ad .lxx. pane abſtinuit incredibili feruore mentis: ſicqꝫ cōplens ordinem vite nunꝙ̄ ante ſolis occaſum ſoluit ieiuniū. Porro in eo quod dicit xp̄m non dediſſe exemplum hoc modo ieiunādi / aperte cōtrarium eſt ei quod in precedēti capitulo ſcripſit. Dicit eñ ibi ꝙ xp̄s exēplum abſtinēdi ad domādas concupiſcentias prebuit. Mirum certum ſi homo fuit alicui⁹ intelligentie aut ſaltem memorie qui hec ſcripſit quomodo repente oblitus eoꝝ que dixerat paucis interpoſitis contrarium dogmatiſat. Juſto tamen iudicio ſupne diſpoſitionis has mētis tenebras incurrit: vt nec ſibi ipſi conſentiat qui a veritate diſcordat. Quāꝙ̄ enim xp̄s nullas concupiſcētias habuit: ſuo tamen ieiunio exēplum nobis certandi per ieiunium contra concupiſcentias dedit: ſicut dicit Hiero. ad demetriadē. Saluator generis humani q̄ virtutis ⁊ conuerſatiōis ſue nobis reliquit exēplum: poſt baptiſmum ſtatim aſſumitur a ſpiritu vt pugnet contra diabolum: et tamen hoſtis antiquus poſt quadraginta dierum ieiunium per cibum molit̄ inſidias. Glo. etiā ſuper illud Matth. Ductus eſt ieſus in deſertum ⁊c̄. Jeiunat vt tentetur: tentatur quia ieiunat / et exēplū ieiunandi nobis dat. Et alia gloſa ibidem. Hic eſt ordo recte cōuerſatiōis vt poſt acceptam ſpiritusſancti gratiā contra diabolum artius accingamur. Ex quibus colligitur ꝙ xp̄s ſimul exemplum ieiunandi ⁊ pugnandi dedit hoīb9. Sed hoc exēplum certum eſt nos ſequi non poſſe per primū et ſecūdum ieiunādi modum in quib⁹ deeſt iuſticia: nec per quartum quintū et ſextum quibus non ieiunatur vt cōtra hoſtem pugnet̄: reſtat igitur ꝙ exēplum dedit ꝙ̄tum ad tertium modū. Unde et Ambroſi⁹ in libro de laude ieiunij. Preliatus eſt xp̄s vt vinceret: non ꝙ ipſe egeret certamine / ſed vt nobis formā bellandi p̄ſcriberet / ⁊ poſtea daret grām triūphandi. Certamen noſtrum ieiuniū eſt. Deniqꝫ ieiunauit ſaluator: et ſic ad eum tētator acceſſit: et primū gule direxit ſpiculum: et cibum velut eſcam laquei pretendit. Dñs ieiunium pretulit vt laqueos tentatoris ſui vinculaqꝫ diſſolueret. Jllo laqueo adam fuit ſtrangulatus: hac abſolutione diabolice queſtionis omnis homo eſt liberatus. Jn his tam clare facer Ambroſius ſi quid forte obſcurum eſt explicat: vt nemo niſi mente obſtinatus obſiſtat. Unde ⁊ ipſe hoſtis ieiunij

in quarto ieiunandi modo/ q̄ videlicet eſt ex abūdāti mīa aſſerit xp̄m dediſſe ieiunādi exēplum:non ſolū perfectis/ ſed etiā imperfectis. In quo ſiquidem aut intēdit dicere ꝙ exēplum ieiunandi dedit nobis vt ieiunem⁹ pro exhibēda alijs mīa:ſicut ieiunauerūt moyſes helyas/daniel ⁊ alij ꝓphete.et tūc falſum dicit:qꝛ abundās mīa non cōpetit imperfectis ſʒ perfectis.aut vt ieiunemus pro ſuperāda pugna:⁊ tūc quidē verū dicit/ſed ſibijpi aperte ꝯtradicit. Qð etiā facit in ſexto ieiunādi modo vbi dicit ꝙ perfecti concupiſcētias habētes edomitas/ieiunio non aſtricti ieiunabāt ſm̄ morem illoꝝ cū quib⁹ viuebāt. vbi cōtradicit ei quod pauloante predixerat: ꝙ in quātouis perfecto remanet aliquid de concupiſcētijs euincendis. Contradicit inſuper veritati. Nam paulus apl̄s q̄ ad apicem ſumme pfectionis puenerat caſtigare ſe dicit corp⁹ propriū et in ſeruitutem redigere: non tam pro gerendo alijs more/ q̄ȝ pro ſuperādo hoſte domeſtico:ſicut expreſſe dicit Hieron̄. ad euſtochium in auctoritate ſuperius poſita. Quis etiā quātūcūqʒ ſctūs niſi ſit actu infirmus vel corpe debilis ab his ieiunijs ad que ſe obligauit per regule votum: vel ab his que vniuerſaliter ſeruanda ſancta mater eccl̄ia ſtatuit/ex ſua quātalibet perfectione abſoluit? Quis ſane mētis hoc ſenſerit: quis docere preſumpſerit? Null⁹ certe vt credim⁹ niſi ſancte matris eccl̄ie ſtatuta contēnat.

Dehinc vt ſuam finalem declaret intētionem/que non ad ieiunium ſeruādum ſed potius ad ſoluēdum conatur inducere:ſex modos aſſignat ſolutionis ieiunij:quoꝝ primum dicit illicitum: ſcd̄m imperfectū:quattuor ſequentes modos dicit eſſe perfectoꝝ. In qb⁹ plura interſerit peruerſoꝝ ſeminaria dogmatum / que ad preſens indiſcuſſa relinquim⁹:ne legētiū aīos plixitate grauem⁹. Hoc tn̄ pretereundum nō eſt ꝙ cū ſupra ſex modos ieiunādi diſtixerit: in qb⁹ quattuor poſuit licitos/et illos indifferēter competere pfectis ⁊ impfectis. deinde ſex modos ſubnectit ſoluēdi ieiuniū:ex quib⁹ vnū imperfectis attribuit:quattuor ꝟo reliquos modos pfectis maxime cōpetere dicit. manifeſte declarat ei⁹ ſentētie ſe eſſe ꝙ viris pfectis magis cōpetat ieiunia ſoluere q̄ȝ ſeruare. In quo ⁊ impietatem trāſcēdit Iouiniani heretici q̄ ſacre ieiunioꝝ obſeruātie moderatā ciboꝝ ſumptiōem auſus nō fuit preponere/ſʒ equare. Legat igit̄ ſi digneť veraciū ſcripta doctoꝝ:in qb⁹ magnis nequaq̄ȝ preconijs ſolutio ieiunioꝝ extollitur:ſʒ miris laudib⁹ obſeruātia cōmēdatur. Hāc em̄ ſacer Ambro. in lib. de ieiunio non tam miſerie hui⁹ ſeculi fore aſſerit q̄ȝ innocentie paradiſi:cū ait. Itaqʒ terrenū ne q̄s aut nouellū putet eſſe ieiuniū:prim⁹ vſus mūdi a ieiunio cepit qn̄ lux clara reſplēduit. Ubi cib⁹ cepit:ibi finis fact⁹ eſt mundi:ibi cepit ſua incremēta neſcire:ibi ceperūt diuina circa eum opera feriari. Quo iudicio declaratū eſt ꝙ per cibos mūd⁹ haberet imminui: ꝑ quos deſijt ⁊ augeri. Et vt ſciam⁹ nouellum nō eſſe ieiuniū primā in paradiſo legē conſtituit de ieiunio:ſciebat em̄ ꝙ per eſcam culpa haberet inferri. Idem etiā libro eodē ieiunium cōparat vite celeſti. Merito inquit helyam dignū celo diuina iudicauit ſentētia:vt cū ipſo raperet̄ corpore qm̄ celeſti vita viuebat ī corpore:et ſupne vſum cōuerſationis exhibebat ī terris. Quid eſt em̄ ieiuniū/niſi ſubſtātia celeſtis? Ieiunium refectio aīe et cib⁹ mētis eſt. Ieiuniū vita eſt angeloꝝ:culpe mors:excidiū delictoꝝ:remediū ſalutis:radix gr̄e:fundamētū caſtitatis. Hoc ad deū gradu citi⁹ peruenit̄: hoc gradu helyas aſcēdit anteq̄ȝ curru: in hac virtute ⁊ ſpū helye venit iohānes: deniqʒ et ī deſerto ille vacauit ieiunijs: et ideo qꝛ vite humane poſſibilitatē cōtinentia ſupgreſſus fuerat / non homo ſed angel⁹ eſtimat⁹ eſt. In his Amb. ſacer ieiunium cōparat angelice vite:et quidē ſatʒ digne. Cū em̄(ſicut ait Dionyſi⁹) hierarchie celeſtʒ triplex ſit act⁹

purgatio ſcilꝫ illuminatio ⁊ perfectio.
et ad hec tria per ieiunij obſeruātiam
puenitur: ſancte ieiunātium vita ma-
gis celeſtis eſſe perhibetur ꝙ terrena.
Per ieiunium eñ obtinetur perfecta
cuſtodia ſanctitatis. Primo quātum
ad declinatiōem carnaliū vitioꝝ: ſicut
ait Hieronỹ. ad Demetria. Poſt cogi
tationum diligentiſſimam cautionem
ieiunioꝝ tibi arma ſumenda ſunt: et ca
nendum cū dauid. Humiliaui in ieiu-
nio aīam meā: et cinerē tāꝙ panē man
ducabam. Et paulopoſt. Ignita ſunt
diaboli iacula que ſimul vulnerāt ⁊ in-
flammāt: et a rege babylonis trib⁹ pue
ris preparanť. Sed qūo ibi quart⁹ ſpe
ciem habēs quaſi filij dei immēſos mi-
tigauit ardores: ſic et in aīo virginali/
rore celeſti et ieiunioꝝ frigore/ puella-
ris calor extinguiť: et humano corpori
angeloꝝ cōuerſatio imperatur. Dehic
ꝓpter debellatiōem ſpūalium hoſtiū:
iuxta illud Ambro. vbi. ſ. Judith ieiu
nans oīb⁹ dieb⁹ viduitatis ſue: his ar-
mis munita proceſſit: et oēm aſſyrioꝝ
circūuenit exercitū: ſobrij vigore conſi-
lij abſtulit holofernis caput: ſeruauit
pudicitiā: victoriā reportauit. Heſter
quoꝙ pulchrior facta ieiunio/ omne ge-
nus ſuū a pſecutiōe liberauit: ita vt re-
gem ſibi faceret eſſe ſubiectū: non libi-
dinis ardore inflāmatū/ ſꝫ celeſti miſe-
ratione cōuerſum: vt pena in impium
retorqueret: et honor ſacris redderet
altarib⁹. Eſt ꝙ ieiuniū recōciliationis
ſacrificiū/ virtutis incremētum: qḋ fe-
cit etiam feminas fortiores. Per ieiu-
nium etiā impetrať perfecta intelligē
tia veritatis. Primo quidem in operā-
dis: cuiuſmodi eſt veritas diuine legꝭ:
ſicut dicit Ambro. vbi. ſ. Moyſes in-
quit de ieiunio legem dedit: ipſūꝙ ie-
iunātem non voces magne/ non fulgu-
ra/ nubes tenebroſa/ et fumigans ſyna
perterruit. Neꝙ eñ introiſſet in nubē
et vocem dei loquētis de medio ignis
ſine periculo ſalutis audiſſet/ niſi mu-
nitus armis ieiunij. Quadraginta eñ
diebus ieiunauit in monte vt legem ac
ciperet a dño deo noſtro. et in ſuperio-
ribus quidem mōtis lex dabatur moy
ſi ieiunāti: in inferiorib⁹ populo mādu
canti preuaricatio ſacrilega accēdeba
tur epulātium. Quo ſpectaculo mot⁹
moyſes fregit tabulas indignum iudi
cans vt ebrio populo lex dareť. Impe-
tratur etiā per ieiuniū intelligētia veri
tatis in ſpeculādis: iuxta qḋ dicit Hie
ro. cōtra Joui. Daniel atꝙ tres pueri
reuelationem ſomnioꝝ ieiunio merenť
paſtiꝙ leguminib⁹ pulchriores ⁊ pru-
dentiores inueniūtur. Eodem qꝙ lib.
Helyas. xl. dierum ieiunio preparat⁹
deū vidit ī mōte oreb: audiuitꝙ ab eo.
Quid tu hic agis helya? Multo fami
liarior vox iſta ꝙ illa in geneſi. Ubi es
adam? Illa eñ paſtū terrebat ⁊ perdi-
tum: hec ieiunāti famulo blandiebať.
¶ Deniꝙ per ieiuniū acquiriť cōſtan
tia virtutis. Primum quidē ad faciē-
dum ardua: iuxta qḋ Ambroſi⁹. vbi. ſ.
Magna eſt virtus ieiunij. Deniꝙ tam
ſpecioſa militia eſt vt ieiunare delecta
ret ⁊ xpm: tam valida vt ad celū hoīes
eleuaret. Et vt humanis magis ꝙ di-
uinis vtar exēplis. Helyas ieiuno ore
celū clauſit: ieiunus filiū vidue ab infe
ris ſuſcitauit: ieiunus pluuias ore de-
poſuit: ieiunus ignes deduxit de celo:
ieiunus curru eſt raptus in celū: et. xl.
dierū ieiunio diuinā acquiſiuit preſen
tiam. Tūc deniꝙ plus meruit quādo
plus ieiunauit. Quis ex humana vir-
tute igneos equos et currus potuiſſet
aſcēdere/ niſi qui naturā humanā cor-
poris incorruptibilis ieiunij ṽtute mu
taſſet? Dat etiā virtutem ſuperādi ad-
uerſa ſicut idem Ambro. dicit ibidem.
Eſt quedā creature natura/ quā ada-
mātium vocāt: nullo facilis igne cōſu-
mi: que impoſita focis igneſcit/ ilico
ſublata de flāma tāꝙ aquarū infuſio-
ne mūda reſplēdet. Talia erāt pueroꝝ
hebreoꝝ corpora: et de ieiunio in ada-
mantij transformata naturam: vapore
ignis non ad diſpēdium ſui/ ſed ad gra
tiam mutabātur. Daniel quoꝙ trium
hebdomadarū ieiunio leones edocuit
ieiunare miſſus in lacū in adamātinā
ſoliditatem abſtinētie rigore membra

duratus non patuit vulneri. Sic eum cõstrinxerãt ieiunia vt ei⁹ corpore ferarum morſibus locus eſſe non poſſet. Clauſa tenebant leones ora/que abſtinẽtie ꝓphetice ſanctitas cõprimebat: vt ea fere aperire nõ poſſent veluti quibuſdam vinculis alligata. Ex his igiť et alijs predictis colligiť ꝙ cũ per ieiunium obtineať perfectio ſanctitatis ſapiẽtie ⁊ virtutis/per que mẽs humana purgať illuminať et perficiť inſtar hierarchie celeſtis / ab oĩb⁹ debet ſeruari et appeti: ſed maxime ab his q̃ cupiũt eſſe perfecti. Unde ⁊ hec tria breuiter exprimit gregoriana illa prefatio: qua dicit ꝙ de⁹ corporali ieiunio vitia cõprimit/mẽtem eleuat/virtutẽ largitur et premia. Et Aug. in quodã ſermone. Jeiunium inquit purgat mẽtem: ſubleuat ſenſum: carnem ſpũi ſubijcit: cor facit cõtritum ⁊ humiliatum qđ de⁹ non ſpernit: concupiſcentie nebulas diſpergit: libidinũ ardores extinguit: caſtitatis lumen accendit: verboſitatem non amat: diuitiarũ ſup̃fluitates abdicat: ſuperbiã calcat: humilitatẽ cõmẽdat. Ambro. etiã vbi. s. Jeiuniũ cõtinẽtie magiſteriũ eſt: pudicitie diſciplina: humilitas mentis: caſtigatio carnis: forma ſobrietatis: norma virtutis: purificatio aie: miſerationis expẽſa: lenitatꝫ inſtitutio: caſtitatis origo: ſenum gratia: cuſtodia iuuẽtutis. Hec de ieiunij laude diffuſius diximus: vt carnaliter ſapiẽtis hoĩs et intellectus inſtruatur et inflãmetur affectus: quaten⁹ ſuum recognoſcẽs errorem/in ieiunio/fletu/ et planctu conuertatur ad dñm: ſuper quo patri miſericordiaꝝ ſacrificiũ deuote precis offerim⁹: vt ſicut de ipſius ſubuerſione doluim⁹ hactenus: ita de conuerſione in poſterum gaudeamus.

## ¶ Tertie reſponſionis prima particula ſeptimũq; capitulum: in quo volũtaria ⁊ penurioſa paupertas fundamentum euãgelice perfectionis aſtruitur: ⁊ que huic videri poſſunt cõtraria diſſoluuntur.

Chriſtiane religionis fũdamẽtum eſſe xp̃m ieſum ſapiẽs ille architectus ap̃ls paul⁹ ad Cor. aſſerit: docens fundamẽtũ aliud poni nõ poſſe preter id qđ poſitum eſt: qđ eſt xp̃s ieſus. Hoc quidẽ in nr̃o intellectu collocať per fidẽ quã idẽ Ap̃ls dicit ad Heb. reꝝ ſperãdaꝝ eſſe ſubſtantiam: in affectu ꝟo ꝑ charitatẽ. de qua idem ad Ephe. ſcribit. Jn charitate radicati ⁊ fundati: fundamẽto ipam cõparãs ⁊ radici. Ut igiť hec duo iũgãť in vnũ: chriſtiane religionis fundamẽtum ⁊ radix eſt fides que ꝑ charitatem operať: ſicut ⁊ glo. ſup̃ illud Fundamẽtum aliud. ⁊c̃. dicit. Fides que ꝑ dilectionẽ operať in fundamẽto poſita neminem perire ꝑmittit. Huic aũt fũdamento ſiue radici directe aduerſať cupiditas: de qua ſcribiť ad Thimo. Radix oĩm maloꝝ eſt cupiditas: quã q̃dã appetẽtes errauerũt a fide. Ex hac nẽpe radice cũ annexa ſibi ſup̃bia vniuerſa mala ſibi originẽ fomẽtũ et incremẽtum ſuſcipiũt: ꝓpter qđ ciuitatꝫ babylonice fundamẽtũ ab Aug. eſſe phibetur. Oĩm itaq; bonoꝝ origo ⁊ noue ciuitatis hieruſalẽ fundamẽtũ et fundator xp̃s ieſus: q̃ in hoc apparuit vt diaboli diſſolueret opera: hui⁹ cupiditatꝫ oppoſitũ ſummo debuit affectu cõplecti/exẽplo oſtẽdere / et ꝟbo predicare. Et qm̃ cupiditatis vitium et inordinatio radicať in affectu mẽtis: occaſio vero ⁊ fomentũ ſumiť a reb⁹ extra poſſeſſis. ideo neceſſe eſt ꝙ perfecta radicis hui⁹ auulſio vtrũq; reſpiciat: vt auaricie rubigino ſa affectio: et ſubſtãtie terrene illebroſa poſſeſſio: tã ſpũalr̃ q̃ corporaliter abdiceť. Uñ ſup̃ illđ Mat. Dixit ſymon petrus ad ieſum: ecce relinquim⁹ oĩa. dicit Berñ. Optime et non ad inſipientiã tibi: nam ⁊ mũd⁹ tranſit et cõcupiſcẽtia ei⁹: et relinq̃re hec magis expedit q̃ ab eis derelinqui. Et hec fugiẽdaꝝ diuitiaꝝ cauſa precipua eſt: ꝙ aut vix aut nunq̃ ſine amore valeãt poſſideri. Si igiť gemina hec abdicatio mũdi ſcꝫ et ꝯcupiſcẽtie ei⁹ que etiã

pauptas ſpūs d̄r: ipa eſt qua radix oīm malo℞ pfecte amputat̄: et babylonis fundamētū euertit̄: recta pōt rōne cōcludi q̄ perfectionis euāgelice p quā xpo ꝯfiguramur ⁊ cōplātamur ⁊ habitaculū eiꝰ efficimur/ ipa pauptas ſpūs ſm quādā analogiā et coherētiam ad predicta radix eſt et fundamētū. Propter qḋ ⁊ xp̄s cū ad pfectiōem diſcipulos informaret ī mōte tāq̄ noue hierusalem deſcēdētis de celo fundamenta pfectionis videlicet euāgelice limina in mōtibꝰ ſctis: mōtibꝰ ſcꝫ aplicis collocans: inter cetera℞ ꝟtutū glioſa preconia a ſctē paupertatis excellētia ſumit initiū dicēs. Bti paupes ſpū: qm̄ ipo℞ eſt regnū celo℞. Dehic tribuēs de pfectiōis aggreſſiōe cōſiliū: primū ad hāc ſuo inuitat exēplo dicēs. Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊ da pauperibꝰ: et veni ſeq̄re me. Quē locū tractās Hiero. ad Demet. ait. Aplici faſtigij eſt pfecteq̄ʒ virtutis oīa vēdere et paupibꝰ diſtribuere: et ſic leuē atq̄ʒ expeditū cū xpo ad celeſtia ſubuolare. ¶ Cū aūt circa bono℞ tēporaliū poſſeſſionem duo cōſiderare cōtingat: dominiū ſcꝫ et vſum: ſitq̄ʒ vſus neceſſario annexꝰ vite pñti: euāgelice pauptatis eſt poſſeſſiōes terrenas q̄tū ad dñium et ꝓprietatem derelinq̄re: vſum ꝟo nō oīno reijcere ſꝫ artare. iuxta illḋ qḋ dicit apl̄s. Habētes alimēta et qbꝰ tegamur his cōtēti ſimꝰ. Ex his pōt colligi pauptatis euāgelice ratio: ſcꝫ q̄ ipa ſit virtꝰ tēporaliū abdicatiua bono℞: qua q̄s nil ꝓpriū habēs ſuſtētat̄ de nō ſuo. Et qm̄ dupliciter ꝯtigit re℞ tēporaliū abdicare dñium/ dupliciter etiā ſuſtētari de non ſuo: ideo pauptatis euāgelice duplex eſt modꝰ duplexq̄ʒ pfectio. Cū eñ duplex ſit re℞ dñium: ſcꝫ priuatum ⁊ cōe/ vnū quidē ſpectās ad determinatā pſonā: alte℞ ꝟo ad determinatum collegiū. et primū abdicari poſſit retēto ſcdo: poſſit etiam ſcdm abdicari cum pmo. duplex erit ſm hūc duplicē modū pauptatis pfecta ꝓfeſſio. Una videlicet qua q̄s tēporaliū oīm puato ſeu pſonali abdicato dñio/ ſuſtētat̄ de non ſuo. i. non ſibi ꝓpo: cōi tñ iure cum alijs participato ⁊ ſimul poſſeſſo. Alia vero qua q̄s oīm re℞ abdicato dñio tā in ꝓpo q̄ʒ in cōi/ ſuſtentat̄ de nō ſuo. i. non ſibi ꝓpo ſꝫ alieno: pie tñ et iuſte ab alio ſibi ꝓ ſuſtētatione collato. ¶ Prime pauptatis forma preceſſit ī turba credētiū: de qua in actibꝰ d̄r. Multitudinis credētiū erat cor vnū et aīa vna: nec q̄ſq̄ʒ eo℞ que poſſidebat aliqḋ ſuū eſſe dicebat/ ſꝫ erāt illis oīa cōia. Quē ſcpture locū tractās Hiero. ad Deme. dicit. In actibꝰ apoſtolo℞ quando dñi noſtri ieſu xp̄i calebat cruor ⁊ feruebat recens in credētibꝰ fides: vēdebāt oēs poſſeſſiones ſuas: et precia eo℞ ad apoſtolo℞ ꝓijciebant pedes: vt oſtenderēt pecunias eſſe calcādas: et dabatur ſingulis ꝓut opus erat. Hic etiā tradita fuit forma monaſtice ſeu cenobitice vite. iuxta quod glo. Bede dicit ibidem. Qui ita viuūt vt ſint eis oīa cōia: ideo cenobite vocātur. Que vita tāto felicior eſt quāto ſtatum futuri ſeculi imitatur vbi ſunt oīa cōia. ¶ Secūde autem paupertatis exēplar ⁊ forma in vita preceſſit apoſtolo℞: quam perfectionis magiſter xp̄s eiſdem inſtituit quando ipſos ad predicādum miſit: ſicut legitur in Mattheo. Nolite inquit poſſidere aurū neq̄ʒ argētum: neq̄ʒ pecuniā in ʒonis veſtris: non peram in via: neq̄ʒ duas tunicas: neq̄ʒ calciamenta: neq̄ʒ virgā. Dignꝰ eſt eñ operariꝰ cibo ſuo. Ubi glo. Prope modū neceſſaria vite amputat: ne vel curēt de craſtino q̄ docent oīa regi a deo: nec ipa neceſſaria: nec cellariū ſecū vehāt: nihil preter veſtimētum: nec etiam nūmiſma. In his igit̄ ꝟbis dñs aplis ⁊ predicatoribꝰ veritatis extreme ac penurioſe pauptatꝭ formam ſeruādam imponit: q̄tum ad carētiam non ſolū poſſeſſionū ſed etiā pecunia℞ et alio℞ mobiliū/ quibus ſuſtētari vel cōmuniri ſolet cōmunis hominum vita: vt tanq̄ʒ veri pauperes in ſumma re℞ conſtituti penuria carerēt pecunijs: alimēta nō ferrēt: ſimplici veſtitu ꝯtēti eſſent: et ſine calciamētis incederēt: vt ſic pauptatē altiſſimā actu

et habitu quaſi quoddā perfectiōis in-
ſigne preferrēt. Hāc paupertatis nor-
mam tanq̄ ſpeciali prerogatiua perfe-
ctam: et xp̄s in ſeipſo ſeruauit: et ap̄lis
ſeruādam inſtituit: et his q̄ eorꝫ cupiūt
imitari veſtigia cōſulēdo ſuaſit. Qꝫ eīn
xp̄s illā ſeruauerit oſtēdit Chriſo. ſup
Matth. ome. xxij. Ne poſſideatis inqt
aurū neqꝫ argētum neqꝫ peram in via.
Quia eīn per opera oſtēdit ea tūc iam
legiſlatiōem que eſt a v̄bis validiorem
inducit: q̄ſi et facile ſuſceptibilis ſermo
fact⁹ eſt operib⁹ ſuis prius certificat⁹.
Ubi igit̄ oſtendit p opera? Audi eū di-
cētem. Fili⁹ hoīs non habet vbi caput
ſuū reclinet. Neqꝫ in hoc ſufficit ſolo: ſꝫ
et diſcipulis tribuit hāc apodixin. hec
verba Chriſo. Glo. etiā ſup illō Matt.
Uulpes foueas habent. ⁊c̄. Quid me
ꝓpter lucra ſeculi vis ſequi: cū ita ſim
pauper vt nec hoſpitiolum qđ meū ſit
habeam? Qꝫ ſi forte q̄s dicat xp̄m non
propriū habuiſſe hoſpitiū ſed cōmune
obuiat idem Chriſo. in ſermone de ꝓdi
tiōe iude. Quos inquit precioſorꝫ mar
morum pōpa delectat: cognoſcāt xp̄m
oīm dn̄m: q̄ locū in quo caput reclina-
ret non habuit. Et ideo diſcipuli ip̄m
interrogāt: et dicūt. Ubi vis paremus
comedere paſcha? Sꝫ ſi xp̄s habuiſſet
domiciliū cōmune: illud diſcipuli non
ignoraſſent. Sed etiā xp̄s loco non ca-
ruiſſet i quo caput reclinaret ⁊ paſcha
comederet. Colligit̄ ergo ex interroga
tione diſcipulorꝫ et hoſpitij incertitudi
ne q̄ xp̄s domicilium non habuit nec
ꝓprium nec cōmune. Artiſſimā quoqꝫ
dn̄i paupertatem declarās Hiero. ad
Nepotianum ait. Turpe eſt ante fores
ſacerdotis dn̄i crucifixi ⁊ pauperꝫ: qui
cibo quoqꝫ veſcebatur alieno: lictores
cōſulū et milites excubare. Fuit itaqꝫ
xp̄s tanq̄ vere pauperrim⁹ alieno cibo
ſuſtentatus. Hoc ip̄m Bern̄. in quodā
ſermone ſuper illud Luce. Cum fact⁹
eſſet ieſus annorꝫ. xij. aperti⁹ dicit. Ut
te dn̄e per oīa noſtre paupertati cōfor-
mares: quaſi vnus in turba pauperum
ſtipem per oſtia mēdicabas. Quis da
bit me buccellarꝫ illarꝫ mēdicatarꝫ par-
ticipem fieri: et illi⁹ edulij reliquijs ſa-
ginari? Anſelm⁹ etiā in lib. de ſacramē
tis. Pauper ita fuit xp̄s vt veniens in
mūdum non in ſua ſed in aliena domo
naſceretur: et natus ꝓpter inopiā loci
in preſepio brutorꝫ animaliū poneret̄:
et viuens in mūdo non haberet vbi ca-
put ſuū reclinaret: nec moriēs vnde nu
ditatem ſuā tegeret: nec mortu⁹ vnde
inuolueret̄: nec ſepulchrū aut locū vbi
corpus mortuū locaret̄. Ex his colli-
gitur q̄ xp̄s pauper fuit in ortu: pau-
per in vite ꝓgreſſu: pauper in termino.
Sane vt hāc paupertatem amabilem
redderet mūdo: pauperrimā matrem
elegit: paupertatis defect⁹ voluntarie
pertulit: et vt pauper ⁊ inops diſcalcia
tus inceſſit. De paupertate nāqꝫ m̄ris
ipſius dicit Beda ſup Mar. exponēs
euāgelicum illud. Si quis mihi mini-
ſtrat me ſequatur. Conſiderem⁹ inquit
qua via graditur: vt ſequi mereamur.
Ecce cū dn̄s ſit creator angelorꝫ: ſuſce-
pturus naturā noſtrā quam cōdidit/
in vterum virginis venit: naſci tamen
in hoc mūdo per diuites noluit paren-
tes: pauperes elegit. Unde ⁊ agn⁹ qui
pro illo offerret̄ defuit: colūbarū pul-
los ⁊ par turturum ad ſacrificium ma
ter inuenit. His concordat Chriſo. ſup
Matth. omel. viij. Pariēs quidē filiū
virgo/confeſtim illum in preſepe decli
nauit: quia multis conuenientib⁹ pro-
pter deſcriptionem non erat domū in-
uenire. Sed quid fuit quod ſuaſit ma-
gos adorare? Nihil eīn ſenſibilium ma
gnum erat illic: ſꝫ preſepe ⁊ tugurium
et mater pauper vt nudam magorꝫ vi-
deas philoſophiam. Idem q̄qꝫ i ome.
epyphanie de magis loquens ſic dicit.
Uiderūt pandochiū tenebroſum ⁊ ſor-
didum/magis animalibus q̄ hoībus
aptum: in quo nemo erat cōtētus ſece-
dere niſi itineris neceſſitate coact⁹: ma
trēqꝫ eius vix tunicam habentem vnā
non ad ornatū corporis ſed ad tegumē
tum nuditatis proficiētem. Qꝫ autem
pauperrime vixerit: ſuper illō Marci
Circūſpectis oīb⁹. glo. declarat dicēs.
Circūſpectis oibus ſi quis eum hoſpi-

tio ſuſciperet. Tāte enim paupertatis fuit: ⁊ ita nulli adulatus: vt in tanta vrbe nullum īueniret hoſpitium. Super quem etiam locū Beda in origi. dicit. Intelligendū eſt ꝙ tante paupertatis dn̄s fuit: vt in vrbe maxima nullum hoſpitem: nullā manſionē inueniret: ſed in agro paruulo apud lazarum ſororeſqꝫ eius habitaret. Conſtās eſt igit̄ ꝙ chriſtus non ſolum hoſpitio: ſed ⁊ precio q̄ illud emeret caruit. dū neceſſitate compulſus de vrbe exiuit. illo videlꝫ die q̄ eandem vrbem tanꝗ̄ rex aſello vectus intrauit. Hoc ipm̄ ⁊ glo. ſuper illud Johan. Venit princeps mundi huius ⁊ in me non habet quicꝗ̄: expreſſiꝰ aſſerit. Noluit dn̄s habere qđ perderet. paupe erat: ne dyabolus haberet qđ auferret Sed om̄e temporale ſiue cōmune ſiue propriū: et auferri poteſt et perdi. Tandem vt pauper diſcalciatꝰ inceſſit. iux̄ quod Hiero. ad euſtochiū ſcribens ait. Diſcipuli ſine calciamentorū onere et vinculis pellium ad predicationē noui euangelij deſtinanť. ⁊ milites veſtimentis ieſu ſorte diuiſis: caligas non habebant quas tollerēt. Nec enī habere poterat dn̄s qđ ꝓhibuerat in ſeruis. Calciamentis igit̄ chriſtus vt pauperrimꝰ caruit: veſtimētis vero neceſſarijs carere non potuit. volens tamen ſumme paupertatis nuditate vitā concludere: nudꝰ elegit in cruce pēdere. Quia vero magiſter ⁊ dominꝰ chriſtus nō propter ſe ſed noſtri cauſa paupertatē aſſūpſit: vt perfectionem nobis exēplo mōſtraret: ideo ſacris apoſtolis tanꝗ̄ ſue ſanctitatis imitatoribꝰ prefectis hanc extreme paupertatis formam ſeruandam inſtituit. ſicut legitur in mattheo: marco: et luca. Qđ quāꝗ̄ ex ipſo textu ſit certum et euidens. ad omnē tamen dubietatis ſcrupulū amouendum: ſanctorūm auctoritatibus confirmeť. Nā ſuper illud Matthe. Nolite poſſidere aurum ⁊c̄. dicit Criſo. Multa per hoc vnum emendabat. Primū quidem nō ſuſpectos faciēs apl̄os. Scđo autem ab omni eos eruēs ſollicitudine: vt vacationem omnē tribuāt ſermoni. Tertio docens eos ſuam virtutem: hoc nēpe eis et poſtea dicit. Nūquid aliquid defuit vobis: quando miſi vos nudos ⁊ diſcalciatos ſine ſacculo: Et infra. Orbi terrarum doctores erat miſſurꝰ: propter qđ et angelos eos ex hominibꝰ vt ita dicā conſtituit. ab omni abſoluens vite huius ſollicitudine. Et poſt. Inde qualiter omnibꝰ eos denudās: omnia eis dedit: permittens in domibꝰ eorum qui docētur manere: ⁊ nihil habētes introire. Si autem in aliena patria exiſtentes: ⁊ apud ignotos abeūtes: nihil amplius oportet petere quotidiano cibo: multomagꝫ domi manētes. Hucuſqꝫ Criſo. Idē quoqꝫ home. vlti. ſuper Matth. Si bonū eſſet aurum habere: hoc vtiqꝫ dediſſet apoſtolis xp̄s: q ineffabilia eis tribuit dona. nunc autē non ſolum non dedit: ſed etiā habere prohibuit. Ideoqꝫ petrus non ſolū non verecūdatur: ſed etiā decorať in paupertate dicens. Argentū ⁊ aurum nō eſt mihi. Super prefatum etiam matthei locum Rabanus in originali ſic dicit. Cōſequēter hoc precepit euāgelizatoribꝰ veritatis. quibus ante dixerat. Gratis accepiſtis gratis date. Si enim ſic predicant vt preciū non accipiant. ſuperflua eſt auri ⁊ argenti nūmorūqꝫ poſſeſſio. Nam ſi habuiſſent aurū vel argentum. viderenť non cauſa hominū ſalutis. ſed lucri cauſa predicare. Deniqꝫ ſubiūgit. Qui diuitias detrūcauerat ꝓpe modū neceſſaria vite amputat. vt apoſtoli doctores vere religionis. qui docebāt om̄ia gubernari ꝓuidentia diuina: ſeipſos oſtenderent nihil cogitare de craſtino. Ex hoc p̄cepto arguit philoſophos qui vulgo appellanť batroperite: ꝙ contēptores ſeculi exiſtentes: et om̄ia pro nihilo ducētes: cellariū ſecū vehant. His etiam Beda ſuper marcū conſonat dicens. Precepit eis ne quid tollerēt in via niſi virgam tm̄. Tanta inquit predicatori dꝫ eſſe fiducia in deo. vt preſentis vite ſumptus ꝗ̄uis nō prouideat: tamen ſibi eos non deeſſe certiſſime ſciat. ne dū mens eius occupatur ad temporalia. minus alijs prouideat

eterna. Idem paulo poſt ſubdit. Illa apl'is loquebatur vt ſecuri non poſſiderent nec portarent huic vite neceſſaria nec magna nec minima. ideo poſuit niſi virgam. oſtendēs a fidelib⁹ oīa deberi miniſtris ſuis nulla ſuperflua querentibus. His cōcordat Ambro. ſuper illud Luce. Nihil tuleritis in via. nec virgam: nec peram: nec panem: nec pecuniam. Qualis debeat eſſe qui euangelizat regnū dei: preceptis euāgelicis deſignaẜ. vt ſine ꝟga: ſine pera: ſine calciamēto. i. ſubſidij ſecularis adminiculum non requirens. fideiq; totus putet ſibi quo minus ea requirit magis poſſe ſuppetere. Ad qđ etiam facit qđ ab eodem dicitur ſuper illud Luce. Nolite portare ſacculū neq; peram. Si prohibemur poſſidere aurum: quid eripere? Petrus apoſtolus prim⁹ dn̄ice executor ſententie oſtendens non in vacuum effuſa dn̄i mandata. cum poſceretur a paupere vt ei pecunie aliquid largireẜ ait. Argentū atq; aurū non habeo. Tamen non tam in hoc gl'iaẜ petr⁹: ꝙ aurū et argentum non habeat: q̄ꝫ ꝙ ſeruet domini mandatū: q̄ precepit. Nolite poſſidere aurū. Hoc eſt dicere. Uides me chriſti diſcipulū: ⁊ auꝝ a me requiris? Aliud nobis multo p̄cioſius auro donauit. His verbis Ambroſij auguſt. cōcordat in lib. de mirabilib⁹ ſacre ſcp̄ture ſic dicens. In excuſatiōe elemoſyne ⁊ paup̄tatis ꝓfeſſione petr⁹ paralitico dixit. Surge et ambula. Illđ magiſtri preceptum ſeruās: nolite poſſidere aurum neq; argentū. Qui enī de iniquo mā̄mona expedit⁹ fuerat: verbo imperij morbo ligatū cito ſoluebat. Hocipꝫ Bernard. ad eugeniū in lib. conſiderationū. ij. confirmat. Nec locus inquit ocio: vbi ſedula viget ſollicitudo omnium eccl'iarum. Nam q̄d aliud dimiſit tibi ſanct⁹ apoſtolus. Qđ habeo inq̄t hoc tibi do. Quid illđ? Unū ſcio. neq; aurum neq; argentum. cum ipſe dicat. Argentū ⁊ aurum nō eſt mihi. Et infra Eſto vt alia quacūq; rōne hec tibi vendices: ſed non apl'ico iure. Nec enī ille tibi dare potuit qđ non habuit. Idip̄m

Hieronỹ. ad ebidiam dicit expreſſius. Apoſtoli toto orbe terraꝝ ꝑegrini: non es in zona. non virgā in manu: non caligas habuere in pedibus. Criſo. Tandē de laudibus pauli. Paul⁹ inquit pecuniam non poſſedit. Nam ipſe hoc teſtatur. Uſq; in hāc inquit horā ⁊ eſurim⁹ ⁊ ſitimus: ⁊ nudi ſum⁹. ⁊ colaphis cedimur. Et quid dico pecuniā. cū ille neceſſariū ſepe non haberet cibū: nec quo ſe circūdaret indumentū? Ex his oīb⁹ aperte colligiẜ: preſcriptā paupertatis formā: qua nihil poſſideẜ: et in ſumma rerū penuria viuitur: apl'is fuiſſe preceptam ⁊ ab eiſdē ſeruatā. Qr aūt ipſorū imo chriſti veſtigia ſeq̄ volentib⁹ cōſulatur ab ipſo: aperte clareſcit ex cōſilio qđ dedit adoleſcēti. ſicut legiẜ ī matth. Si vis perfect⁹ eſſe vade ⁊ vende oīa que poſſides: ⁊ da pauperib⁹: ⁊ veni ſequere me. Qđ exponens Raban⁹ ait. In poteſtate noſtra eſt vtrū velim⁹ eſſe perfecti. tamen quicūq; perfectus eſſe voluerit debet vēdere que hꝫ. ⁊ non ex parte vendere: ſicut ananias ⁊ ſaphira: ſed totū: ⁊ ſic preparare ſibi theſaurum in regno celorū. Nec hoc ad perfectionem ſufficit: niſi ſaluatorē ſequaẜ. Conſtat aūt ꝙ chriſtus in ſumma reꝝ penuria vixit. Idem paulo poſterius. Inter pecunias habere: ⁊ pecūias amare nōnulla diſtantia eſt. Multi enī habētes non amant. multi non habētes amant. Item alij et habent ⁊ amāt. alij nec habere nec amare ſe diuitias ſecl'i gaudēt quorum tutior ſtat⁹ eſt cū apoſtolo dicentium. Nobis crucifixus eſt mund⁹: et nos mundo. In his Raban⁹ expreſſe inſinuat opus perfectionis eſſe. magiſq; ſecurum: ⁊ chriſto crucifixo cōformē: in carētia rerum ⁊ pecuniarū viuere in extrema paupertate. Hocipſum et apl's ad Corinth. perſuadet. Scitis inquit grām dn̄i noſtri ieſu chriſti: q̄ꝛ propter vos egenus factus eſt cum diues eſſet: vt illi⁹ inopia vos diuites eſſetis. Et in hoc cōſilium do. Sup quo Auguſtin⁹ in ori. Factus eſt inquit egenus intantū: vt non haberet qđ habent vulpes. Et in hoc conſilium do, ſubaus

ditur: vt eius paupertatem imitemini. Idem quoqꝫ in libro de bono coniugali. Non ideo malum eſt iuſtum aut prophetam in domo ſua ſuſcipere. qꝛ nec domum habere debet. vt qđ melius eſt faciat qui vult ad perfectū xp̄m ſequi. In quo Auguſtin⁹ aperte declarat: ꝙ alieno ſuſcipi tecto: ei maxime cōpetit qui pfecte chriſtū imitari cupit. Huic conſonat qđ dicit Criſoſto. ſuper Joh. homel. xix. Omnia agamus per q̄ chriſtum imitemur. Quid igit̄ chriſt⁹ ait: Uulpes foueas habent. et volucres celi nidos. filius autē hoīs non habet vbi caput reclinet. Idē ſuper Matth. home. ix. Si ab honore quidem qui in inferioribus eſt palacijs pecunienos expulerint: cōtemptibiles erunt. celorum autem rege per ſingulos dies clamante et dicente: quia difficile eſt cū illis celum intrare: non ꝓijciem⁹ omnia. ꝛ nō deſiſtemus ab omnibus reb⁹. vt cum libera facie regnū ingrediamur? His cōcordat Hiero. ad eliodorū. Nolo te huius peregrinatiōis deterreat difficultas. qui in chriſtū credis ꝛ ei⁹ crede ſermonibus. Primū querite regnū dei: ꝛ hec omnia adijciētur vobis. Non pera tibi ſumenda: non ꝟga. affatim diues eſt qui cum chriſto pauper eſt. Idem ad ruſticum monachū. Si habes ſubſtantiam vende et da pauperibus. ſi nō habes grandi onere liberatus es: nudum chriſtū nudus ſequere. Durū grande: difficile: ſed magna ſunt premia. Conſtat autem ꝙ duricia ꝛ difficultas non eſt: cum ꝓprietas rerū contēnitur: niſi penuria comitetur. Ad hoc ip̄m ſpectat quod dicit Grego. nazanzenus in apologia ſua. lib. ij. Sed paupertatē inq̄t ꝛ penuriam exprobrabunt. Iſte ſunt diuitie mee. Iſta me non ſolum gloriantē ſed etiam arrogantē facit. Uideor enī mihi hoc audire ab inimicis: quia veſtigijs illius incedam: qui ꝓpter nos pauper factus eſt cum diues eſſet. atqꝫ vtinam euertere poſſem me iſtis pānicul is quib⁹ circūdari videor: vt nudus effugerem ſpinas ſeculi: que retinent et reuocant pergētes ad deū. Hec ſanctus. His conſonat qđ dicit Bern. Habet in euāgelio: ꝛ pfectionis conſiliū ꝛ remedium infirmitatꝫ. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra. Hoc pfectio eſt. Siquidē filius hominis vbi caput reclinaret nō habebat: petro ꝛ iohanni nec aurum nec argentū erat. paul⁹ ſimplici victu ꝛ veſtitu contētus: hec ipſa labore manuū acquirebat. Sed nō omnes capiunt verbū hoc. ſicut nec conſiliū caſtitatis. Hucuſqꝫ Bern. Gennadius quoqꝫ de eccl'iaſticis dogmatib⁹. Bonū ē inq̄t facultates cū diſpēſatiōe paupib⁹ erogare. ſed meli⁹ eſt pro intētiōe ſeq̄ndi dn̄m ſimul donare: ꝛ abſolutū ſollicitudīe egere cum xp̄o. Sꝫ q̄ hꝫ vnde ſuſtentet̄. ſ. in cōi: nō ꝓprie dicit̄ egere. nā de illis q̄b⁹ erāt oīa cōmunia in actib⁹ dicit̄. nec erat q̄ſq̄ egēs inter eos. Poſtremo vt clare nobꝫ inoteſcat q̄ ſit abrenūciatiōis forma pfectior: attendendū eſt qđ dicit Beda ſup illud Marci. Relictis oībus ſecut⁹ eſt eum. Perfectā nobis abrenūciatiōis formā tribuit: dū nō ſolū lucra relinq̄t vectigalium: ſed ꝛ picula ꝯtēpſit. Tāta enī cupiditate ſeq̄ndi dn̄m duct⁹ eſt: vt nullo prorſus hui⁹ vite reſpectu vl' cogitationē ſibimet reſeruauerit. Per hec ſacrorum doctoꝝ teſtimōia tā manifeſta q̄ꝫ certa: ꝛ alia plurima (q̄ cauſa breuitatis vitande reſecent̄ ad p̄ſens) irrefragabili pōt rōne cōcludi: ꝙ xp̄m et ap̄los imitari non ſolū quo ad abdicationē ꝓprietatū: verūetiā quo ad extremā tēporalium rerū penuriā q̄ cōſiſtit in carētia poſſeſſionū ꝛ pecuniarū. non ſolum eſt licitum: ſed et laudabile et perfectum. Non tamen ex hoc debet vel pōt inferri: ꝙ abdicatis rerū ꝓprietatibus: poſſidere aliquid in cōmuni ſit impfectum. quia ſicut pfecte caſtitatis diuerſi ſūt modi: quorū varijs p̄rogatiuis ſancta mater eccl'ia tanq̄ꝫ ornamentorū varietate decoratur. ſic et in modis perfecte pauptatis intelligendū eſt: q̄ꝫq̄ꝫ non ſit per omnia ſimile hincinde. ſicut diligēter conſideranti eſt euidens.

His autem non obſtat preallegatorũ vita ſanctorũ q̃ cõmunia poſſederunt. quaſi non debuerũt aliter docere q̃ viuere: q2 mos eſſe ſolet pijs doctoribus: vt eas virtutum prerogatiuas quibus carere ſe vident. in alijs mirent̃ et predicẽt: ſicut Hieronẏ. ad pãmachiũ ſcribẽs. virginitatem inquit in celo prefero: non quia habeo: ſed quia magis miror q̃ nõ habeo. Ingenua eni ꝛ verecũda cõfeſſio eſt: quo ipſe careas in alijs predicare. Nũquid quia graui corpore terre hereo: auium non miror volatus. Hec Hieronẏ. Cui etiam Criſo. conſonat home. viij. ſuper Matth. q̃ egyptios monachos laudãs ait. Nunc veniẽs in heremũ egypti: paradiſo hanc meliorẽ videbis effectam. Etenim eſt videre vbiq3 regionis illius chriſti exercitũ et regalẽ gregẽ: ꝛ ſupiorum virtutum vrbanitatẽ. Exiſtentia enim oĩa exuti ꝛ mũdo oĩno crucifixi. Et vltra. Rurſus ꝓcedunt corporis operatione ad indigẽtiam cibũ ſumentes. Neq3 enim quoniã ieiunant ꝛ vigilant vacare per diẽ dignũ eſtimant: ſed noctes quidẽ ſacris hymnis ꝛ vigilijs: dies in orationib9 et manuũ operatiõibus cõſumunt: aplicum imitãtes zelũ. Verecũdemur igitur oẽs et diuites ꝛ inopes. cũ illi nil penit9 habentes niſi corpus: ꝛ manus ſuas cogant ꝛ litigẽt impenſas hinc indigentibus inuenire. nos autem decẽ milibus intus reconditis: neq3 ſuperflua ad hoc tangimus. Hec Criſo. Qui vt doctor ſanctus et verax: quaſi ad ſui ꝛ aliorũ ſibi ſimiliũ verecũdiam: paupertatis excellẽtiam in monachis egypti cõmendat. Simile per oĩa ſacer dicit Ambro. home. xvj ſuper Gene. Chriſt9 ait domin9 noſter ſacerdotibus quid precepit audiam9. Qui nõ renũciauerit oĩbus que poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Contremiſco hec dicens. Meus enim primo omnium: meus inquam ipſe accuſator exiſto: meas condẽnationes loquor. Negat chriſt9 ſuum eſſe diſcipulum quẽ viderit aliquid poſſidentem. ꝛ eum qui non renũciat oĩnib9 que poſſidet. Et quid agimus? Quõ hec aut ipſi legimus: aut populis exponimus. qui non ſolũ non renũciamus his q̃ poſſidemus: ſed acquirere volum9 ea que nunq̃ habuim9 anteq̃ veniremus ad chriſtum. Nunquid nam q2 nos redarguit conſcientia: legere non proferre q̃ ſcripta ſunt poſſumus? Nolo duplicati criminis eſſe reus. cõfiteor ꝛ palã audiente populo cõfiteor hec ſcripta eſſe. etiam ſi nondum impleſſe me noui. Sʒ ex hoc ſaltim cõmoniti feſtinemus implere: feſtinemus trãſire a ſacerdotib9 pharaonis: quibus terrena poſſeſſio eſt ad ſacerdotes domini quibus in terra pars non eſt: quibus portio domin9 eſt Talis enim erat ille qui dicebat. Tãq̃ egentes multos autem locupletantes: vt nihil habentes: ꝛ omnia poſſidentes ꝑPaulus hic eſt qui in talibus gloriat̃. His ſacri doctoris veracibus et humilibus verbis: nihil expreſſius ad propoſitum dici poteſt. Et beatus papa Gregorius. iij. dyalogorum viri mirabilis. Yſaac vitam deſcribens ait. Seruus omnipotentis dñi egreſſus vrbem non longe deſertum locum repperit. ibiq3 ſibi humile habitaculum conſtruxit. ad quod dum multi pergerent exemplo illius eterne vite deſiderio accendi ceperunt. atq3 ſub eius magiſterio in omnipotentis dñi ſe ſeruitiũ dederunt. Cũq3 ei crebro diſcipuli imminerẽt: vt pro vſu monaſterij poſſeſſiones que offerebantur acciperet. vt ſollicitus ſue paupertatis cuſtos fortem ſententiã tenebat dicens. Monach9 qui in terra poſſeſſionẽ querit: monach9 non eſt. Sicq3 metuebat paupertatis ſue ſecuritatem perdere. ſicut auari ſolẽt diuites perituras diuitias cuſtodire. Hec gregori9. Qui cum monach9 ꝛ ipſe in monaſterio qđ poſſeſſionibus dotauerat vitam duxiſſet. cões tamen poſſeſſiones recuſantem miratur ꝛ laudat. Ac per hoc impie preſumptõis eſſe cõuincit̃: virtutem non habitã ſpernere: vt quia docẽtis vita extreme paupertati nõ ꝑ oĩa conſonat: ipſius doctrina paupertatẽ ꝑfe-

ctioni repugnãdo ꝯtradicat. Nequaꝗ̃ igitur a predictis diſcordat illud aug. verbum: quo contra adamantiũ manicheum prefatum de paupertatis forma mandatũ datum aplis: dicit ſpiritualr eſſe perſcrutandũ. velut alibi dicit permiſſiue intelligendũ. Nam cũ marcus dicat expreſſe ꝙ precepit eis ne q̃d tollerent in via. ⁊ ipe cũ alijs expoſitorib⁹ ſicut ex premiſſis claret intelligendum ad lrãm doceat. ſi hoc ſimplr alibi negaret: ⁊ euangelice veritati: ⁊ ſanctorũ doctrine: ſimul ac ſue aperte cõtradiceret ſiue ꝯtrairet. Q̃d de tanto dici doctore pie catholicoꝝ aures abhorrent.

¶ Attendendũ eſt ergo ꝙ cũ apoſtoli fuerint primi fundatores religiõis chriſtiane. et ꝓfeſſores ꝑfectionis excelſe: profeſſores inꝗ̃ ⁊ ſicut priuate perſone ⁊ ſicut exemplaria quedã: predicta dñi verba intelligere poſſum⁹ eis eſſe dicta tanꝗ̃ fundatorib⁹ xpiane religionis. ⁊ ſic intelligũt̃ extendi ad omes: ſed non omnes chriſtiani artant̃ vt hãc vite regulã teneant: ſicut manichei falſo dogmatiſant. Ideo cõtra ipſos loquẽs hereticorũ malleus auguſt. oſtẽdit ꝙ hec ꝟba ſpũaliter intelligenda ſunt: ſi ſic accipiant̃ tanꝗ̃ oĩb⁹ ſint precepta. Poſſumus etiã intelligere p̃dicta verba dicta fuiſſe aplis tanꝗ̃ exẽplarib⁹ perfectionis. ⁊ ſic intelligũtur per modũ conſilij q̃d de ſe non obligat niſi eos qui hanc viuendi formã volũtarie profitent̃ ⁊ vouent. Intelligere poſſum⁹ inſuꝑ dicta fuiſſe aplis ſicut certis ꝑſonis: p̃miſꝗ̃ predicatorib⁹ euangelice legis. ⁊ ſic cũ duo inſinuent̃ in verbis illis: ſcꝫ abdicatio temporaliũ: ⁊ receptio ſtipendiorũ. Primũ intelligit̃ fuiſſe preceptũ. ſicut dicit tex. ⁊ glo. vnde Beda. Miſſis ad predicandũ diſcipulis: ne q̃d tollerent in via precepit. Scd̃m aũt nõ fuiſſe preceptum: ſed cõceſſum ſiue permiſſum. Unde gl. ſuper illud Luce. In eadem domo manete ⁊c̃. Q̃ui ſaccũ ⁊ peram ꝓhibuit: ſumpt⁹ ex predicatione concedit. Et Raban⁹ ſuꝑ Matth. Claret autem hoc dñm nõ ita p̃cepiſſe: tãꝗ̃ euangeliſte viuere aliũde non debeãt ꝗ̃ eis prebentibus quib⁹ annunciãt euangelium. alioquin cõtra hoc preceptum fecit apoſtol⁹. qui victũ de manuũ ſuarũ laborib⁹ tranſigebat. ſed poteſtatẽ dediſſe: in qua ſcirẽt iſta ſibi dari. Cũ autem poteſtas dat̃: licet cuiꝗ̃ non vti: et tanꝗ̃ de iure ſuo cedere. Hec raban⁹.

Ex his colligitur manifeſte: ꝙ p̃dicta dñi verba iuxta cõſiderationes premiſſas intelligi poſſunt: ⁊ ſpũalr: et ad litteram. vt conſulta ⁊ vt precepta: ⁊ ꝑmiſſa. Propter q̃d oĩs cõtrarietatis calũnia de medio tollitur. ſi multiformis hui⁹ acceptionis intelligẽtia ſane capiatur. His etiã nõ obſiſtit illud Hiero. ad nepotianũ: vbi dicit. ꝙ viuẽs de decimis et altaris oblatione ſuſtentatus: nudã crucẽ nudus ſequitur: tanꝗ̃ perfecte paupertatis ſumma cõſiſtat in viuẽdo de decimis et oblatiõib⁹. ſicut ſacerdotes et clerici viuũt. Eſt enim multiplex gradus ⁊ differentia nuditatis. Alia q̃dem eſt cordis. Alia cordis et corporis. Nuditas cordis eſt ꝑ expoliationẽ ſpiritus ab omni ꝑuerſo affectu auaricie et cupiditatis. Et de hac Grego. in homel. Nudi cum nudo luctari debem⁹. quia ſi veſtitus quiſꝗ̃ cum nudo luctatur. citius ad terrã deijcitur: q: habet vnde teneatur. Hoc quidẽ intelligitur generaliter dictũ omnib⁹ chriſtianis. Nuditas autẽ corporis ⁊ cordis triplicem habet gradũ. Nam quedã eſt magna: que attendit̃ in abiectione omnis ſuꝑfluitatis ⁊ ꝓpetarie poſſeſſiõis. Et hec quãꝗ̃ nõ ſit de neceſſitate: eſt tñ de congruentia ſtatus ordinis clericalis. Et de hac Hierony. ad nepotianũ. Si autem ego pars dñi ſum ⁊ funicul⁹ hereditatis eius: nec accipio partẽ inter ceteras tribus: ſed quaſi leuita ⁊ ſacerdos viuo de decimis. ⁊ altari deſeruiens: altaris oblatione ſuſtẽtor. Habẽs victũ ⁊ veſtitũ his contẽtus ero: ⁊ nudam crucem nudus ſequar. Eſt et alia nuditas maior: que non ſolum conſiſtit in his. verũetiam in abdicatõe poteſtatis poſſidendi ꝓprium: ⁊ abnegatione proprie volũtatis. Et hec cõpetit regularibus et cenobitis. De qua Hiero. ad

eliodorum. Nolo priſtinarũ neceſſitudinũ recorderis. nudos amat heremꝰ. Nudos intelligit non ſolũ a facultatũ appropriatõe: verũetiam a propria voluntate. Juxta illud Bern. de colloqo ſymõis ⁊ ieſu. Age ergo ⁊ q̃ relinquere omnia diſponis. te quoq; inter relinquẽda numerare memẽto. imo vero maxime ⁊ principaliter abnega temetipm̃: ſi deliberas ſequi ipm̃ qui exinaniuit ꝓpter te ſemetipm̃. Eſt ⁊ tertia nuditas que cõſiſtit in his que predicta ſunt. et inſuper in abdicatione om̃is trãſitorie facultatis: cũ penuria ⁊ indigẽtia oportune ſuſtentationis. ⁊ hec ꝯpetit apl̃is et apoſtolicis viris. Et de hac ſup illd̕ Matth. Qui potũ dederit vni ex minimis iſtis calicem aque frigide tm̃ in nomine diſcipuli: non perdet mercedem ſuam. glo. Minimi ſunt qui nihil penitus habent in hoc mundo. Tales fuerunt apoſtoli. Unde Hierony. ad exuperantiũ ait. Nemo apoſtolis paupior fuit: et nemo tantũ pro dño dereliquit. Uidua illa in euangelio paupercula q̃ duo minuta miſit in gazophilaciũ cunctis prefertur diuitibus: q: totũ qd̕ habuit dedit. Hec Hiero. Si igiť hec vidua iuxta teſtimoniũ dñi totum dãdo: nihil ſibi reſeruauit: in extrema ſe nuditate conſtituit. Ad hanc nuditatẽ aſpirabat illa nobilis vidua paula. de qua Hiero. in laudem ipſiꝰ. Hoc habuit voti vt mendicans ipſa moreretur. ⁊ vnũ nũmũ non dimitteret filie: ⁊ in funere ſuo aliena ſyndone inuolueretur. Eiuſdem quoq; felicẽ deſcribens obitũ ait. Teſtis eſt ieſus: ne vnum quidẽ nũmũ ab ea derelictũ. Quid hac virtute mirabilius: feminam nobiliſſime familie: magnis quondam opibꝰ: tanta fide omnia vel dilargitam: vt ad egeſtatem vltimam perueniret. Jactent alij pecunias in corbonam funalibuſq; aureis dona pendentia. nemo plus dedit pauperibus q̃ qui ſibi nihil reliquit. Hec Hieroni. Qui ad hanc nuditatẽ tanq̃ ſumme perfectam hortatur ebidiam in epiſtola: quam ad eam ſcribens ait. Uis eſſe perfecta: et in primo ſtare faſtigio dignitatis: fac quod fecerũt apoſtoli: vende omnia que habes ⁊ da pauperibus: et ſequere ſaluatorẽ. ⁊ nudam ſolamq; crucem nuda ſequaris et ſola. In his manifeſtius aſſerit q̈ ea paupertas ad perfectionis attingit faſtigium: qua quis expreſſius et cõformius nuditatem crucis amplectitur: ⁊ nudũ crucifixum imitatur. Illud autem grego. verbum quo dicit cenſum non eſſe in culpa: ſed affectum: nequaq̃ eſt premiſſis contrarium ſi recte intelligatur. Si quis eni hoc ſentiat q̈ cenſus in culpa ſit cauſaliter vel formaliter: cũ manicheo errat. et hoc Grego. reprobat. Si quis autem intelligat cenſum eſſe culpe occaſionem: a ſentẽtia veritatis non deuiat. cum et ipſa veritas dicat in Marco. Quã difficile qui pecũias habent in regnum dei introibũt. Nullo enim modo pecunia impedimentũ difficultatis dei regnum intrare volentibus preſtat: niſi q: vel eſt occaſio inclinatõis ad malũ: vel diſtractionis a bono. Hoc ſanctorũ teſtimonijs clare mõſtratur. Q: enim diuitie habẽtibꝰ ipſas occaſio ſint cupiditatis. in libro de officijs dicit Ambro. Feralis inquit auaricia: illecebroſa pecunia. que habẽtes cõtaminat: nõ habẽtes nõ iuuat. Eſto tamen vt aliquando iuuet pecunia inferiorem ⁊ ipſum deſiderantem: q̃d ad alios. ſi ſit ille copioſior qui habet. nunquid idcirco honeſtior: quia habet quo plerũq; honeſtas amittiť. Cui Bern. concordat de colloquio ſymonis et Jeſu. Hec fugiendarum diuitiarũ precipua cauſa eſt: quia vix aut nunq̃ ſine amore valeant poſſideri. Limoſa ſiquidem ⁊ glutinoſa nimis non ſolũmodo exterior: verũetiam interior noſtra ſubſtantia videtur: ⁊ facile cor humanum omnibus que frequentat adheret. His conſonat Auguſti. ſuper Pſalm̃. cxxij. dicens. Non ſunt iſte vere diuitie: ſed mendicitas. quia quãto magis abundant: tanto magis creſcit inopia auaricie. Non ſunt vere diuitie que plus augent cupiditatem ei qui eas poſſidet. Q: autem ſint occaſio vanitatis et ſu

perbie. Auguſtinus de lapſu mundi. In diuitijs nil tam cauēdum eſt: ꝙ ſuperbie morbus. Qui enim non habet diuitias: non habet ampliſſimas facultates: nō habet vnde ſe extollat. Idem de verbis domini. Nihil eſt quod ſic generent diuitie quomodo ſuperbiā. omne granū: omne germen habet vermen ſuum. Vermis diuitiarum ſuperbia eſt. Qꝫ vero ſint occaſio diſtractionis: manifeſte inſinuat Gregorius.j.mora. Solet inquit rerum abundantia tanto a timore diuino mentem ſoluere: quanto hanc exigit diuerſa cogitare. Nam dum foris per multa ſpargitur: ſtare in intimis fixa prohibetur. Idem in homelia ſuper illud Luce. Exijt qui ſeminat ⁊c. Si nos inquit vobis ſemen verbum: agrum mundum: volucres demonia: ſpinas diuitias ſignificare diceremus: ad credēdum nobis mens veſtra forſitan dubitaret. Unde et idem dominus per ſemetipſum eſt dignatus exponere que dicebat. Quis enim vnꝗ̄ mihi crederet ſi ſpinas diuitias interpretari voluiſſem: maxime cum ille pungant iſte delectent: et tamen ſpine ſunt quia cogitationum ſuarum pūctionibus mentem lacerāt. ⁊ cum vſqꝫ ad peccatum pertrahunt: quaſi inflicto vulnere cruentant. Si quis igitur premiſſa diligenter attendat: indubitanter aduertet. ꝙ ꝗuis cenſus formaliter ſeu cauſaliter nō ſit in culpa. eſt tamen frequens occaſio culpe: diſtrahendo a bonis ⁊ inclinando ad mala. Propter qđ opes a ſaluatore ſpinis comparantur. et ab Ambroſio illecebroſe dicuntur. Nam ſicut ex premiſſis apparet: cum vim rationalē diſtrahant: iraſcibilem extollant. et concupiſcibilem noſtram illiciant: non ſolum ſunt illecebris: ſed et periculis plene. Unde Auguſtinus de lapſu mundi. Diuitie ipſe quas putatis plenas eſſe deliciarum: pleniores ſunt periculorum. Cum itaqꝫ perfectionis ſit non ſolum peccata vitare: verūetiam peccatorum occaſiones et bonorum impedimēta ad plenum ſuccindere, dicente Grego. in moral. ꝙ ſolus ille in illicita non cadit: qui ſe a licitis caute reſtringit: liquido claret: ꝙ ꝗuis poſſeſſiones ⁊ pecūias habere de ſe nō ſit peccatum ſed licitum. eſt tamen eas abdicare ⁊ volūtarie pro chriſto eis carere perfectum. Qꝫ ſi forte quis dicat: occaſionē huiuſmodi a tēporalibus rebus imperfectis dari mentibus: nō perfectis. quaſi magis cōpetat ſtatui imperfectorum diuitias fugere eiſqꝫ carere: vite ieſu chriſti eiuſqꝫ doctrine aduerſatur aperte. Neqꝫ enim ſm̄ hec perfectiſſimus debuiſſet chriſtus carere diuitijs. neqꝫ hoc docuiſſet perfectos: cum tamen dixerit. Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vende omnia que habes ⁊c. Nunqđ apl̄i perfecti non erant: quib⁹ dictum eſt. Nolite poſſidere aurum: Q̄d verbū tractans Ambro. in libro de officijs ait. Nolite poſſidere aurū: ⁊ argentum: neqꝫ pecuniā: quo velut falce pullulantē in pectoribus humanis ſuccidit auariciā. Super eundē quoqꝫ ſermonē Criſo. home. xxxj. Non dixit nolite accipere vobiſcū aurum: ſed ſi aliūde poſſibile eſt accipere: fugite pnicioſam hanc egritudinem. Etenī multa ꝑ hoc emendabat. Ex his datur intelligi ꝙ ꝓpter vitandam occaſionem auaricie fuit apoſtolis interdicta pecūia: cū tamē eſſent perfecti. Uerum quidē eſt ꝙ cenſus perfectis nō tam vehemens: nec tantorū eſt peccatorū occaſio: ſed quia ꝗtūlibet paruꝰ intellect⁹ diſtractio vel illectio appetit⁹ vicioſa mentibus perfectorū ad eterna ſuſpenſis magis eſt diſſona: ꝗ̄ longe maior imperfectis circa filiorꝫ educationē ⁊ curā rei familiaris occupatis. hic eſt ꝙ pfecta tpaliū rerꝫ abdicatio pfectis ꝯſulit: nō impfectis: niſi velint eſſe perfecti. Nā cū ipſis impfectis ſufficiat peccata maiora vitare per mandatorꝫ obſeruantiā pfectis tn̄ cōpetit etiā ſupfluas cogitationes a mēte reſcindere. ſicut et Greg. ij. mora. docet. ſpūaliter exemplificans nazareorū ritū pfectiōiſqꝫ figuram. De uotione inqͭt completa: caput nazare⁹ radere: capilloſqꝫ in igne ſacrificij ponere iubet: qꝛ tunc ad perfectiōis ſumma

mam pertingim⁹: cum ſic exteriora vicia vincimus. vt etiã cogitatiões ſuperfluas a mente reſecem⁹. Quas nimirũ igne ſacrificij concremare: eſt flãma diuini amoris incẽdere. vt totũ cor in dei amore ardeat: ⁊ cogitationes ſuperfluas ↄcremãs: qſi nazarei capillos deuotõis pfectione cõſumat. Illa ꝗ̊ꝗ promiſſio centupli p̄determiatis nõ obuiat. quoniã ad ſpũalia bona refertur. Sicut dicit Hierony. ſup matth. Et etiã Rabanus quaſi eiſdem v̄bis vtentes. Occaſione inquiũt huius ſententie quidam introducunt mille annos poſt reſurrectionem: dicẽtes nobis tunc centuplũ omniũ rerũ quas dimiſim⁹ ⁊ vitã eternam eſſe reddendã. nõ intelligẽtes ꝙ ⁊ ſi in ceteris digna ſit retributio: in vxoribus appareat turpitudo. vt qui vnã pro dño dimiſerit: centum accipiat in futuro. Senſus igitur iſte eſt: vt q̇ carnalia pro ſaluatore dimiſerit: ſpũalia recipiet. que cõparatiõe et merito ſui ita erunt: quaſi paruo numero centenari⁹ numer⁹ cõparetur. Cui etiã conſonat Grego. ſuper Ezechielem. homel. vj. Nec enim ſanctus vir ideo terrena deſerit: vt hec poſſidere in hoc mũdo multiplicius poſſit. ſed per cẽtenarium numerũ perfectio deſignatur: qꝛ quiſquis pro dei noĩe tẽporalia cõtẽnit: hic pfectionẽ mentis recipit: vt ea nõ appetat que contẽpſit. Centies itaꝗ recipit qđ dedit: qui perfectiõis ſpũ recipiẽs terrenis nõ idiget. ⁊ ſi hec nõ habet. Huc uſꝗ Grego. His cõſentit Bernard. in ſmõe illo de ſctõ petro. Dixit ſymõ petrus ad ieſum dicẽs. Quid eſt cẽtuplũ iſtud fratres: niſi cõſolatiões: viſitationes: primitieꝗ ſpirit⁹: qui ſup mel dulcior eſt. Et poſt pauca. Non eſt pater aut mater. Non dom⁹ aut ager eſt. Nõ cibus aut veſtis. Non deniꝗ terrenum aliquid aut corporale. Sed plane his omĩbus eſt delectabili⁹: ſuper oĩa hec dulci⁹: vniuerſis his iocũdi⁹ eſt. ⁊ quecunꝗ deſiderantur in hoc ſeculo neꝗ huic non valent comparari. Q si forte quis pertinaciter obſiſtat tam per textum mar. ꝗ̃ per auguſtinum ↄtra adamantium aſſerens bona temporalia repromiſſa fuiſſe a chriſto. Reſpondebimus ꝓmiſſiones donatiõis ⁊ receptionis hmõi debere itelligi per modũ charitatiue ↄmunionis: nõ per modũ poſſeſſiõis. Unde Beda ſuper illđ marci. Nemo eſt qui reliquerit domũ ⁊c. quia nimirum a fratrib⁹ atꝗ cõſortib⁹ ꝓpoſiti ſui q̇ ei ſpũali glutino colligantur: multo gratiorem etiam in hac vita recipiet charitatem. Cui conſonat et glo. ibidem. Omnes ſancti et quecũꝗ habent cõmunicant̃ ei. Et auguſtin⁹ contra adamantiũ. Fideli tot⁹ mund⁹ diuitiarũ eſt. Uel certe intelligendum eſt per modũ cuiuſdã celeſtis prouiſionis contra manicheos. qui dicebãt hec tẽporalia bona a tenebrarũ principe fuiſſe creata. ⁊ ab illo ſolo repromitti ⁊ dari: a chriſto autẽ inhiberi. Ideo hic promittunt̃ a domino ad hereticorũ cõfutandã perfidiam: et a cordibus fideliũ diffidentiã omnẽ tollendã. Unde ſup illud Matth. Hec oĩa adijcient̃ vobis. glo. Omia ſunt filiorũ: ⁊ ideo hec omnia adijcient̃ etiã non querentibus quibus ſi ſubtrahant̃ ad ꝓbationẽ eſt. ſi dent̃ ad gratiarũ actionẽ. Et augu. ſuper illud Iohã. Uado piſcari. Cur non inuenit aliud vnde viueret: cũ domin⁹ ꝓmiſerit dicens. Primũ querite regnum dei ⁊ hec oĩa adijcientur vobis. Proſus dñs etiam ſic qđ ꝓmiſit impleuit. Nam quis ali⁹ piſces qui caperent̃ appoſuit. Conſtat igit̃ ꝓmiſſionem hmõi per modũ prouiſionis debere intelligi: ad tollendũ diffidentiã non per modũ augmẽtationis temporalis ſubſtantie: qꝛ hoc non eſſet cupiditatẽ abſcindere ſed augere. Unde Criſo. ſuper Matth. homelia. xliij. Nihil ita ſedat cupiditatis ſitim: ſicut deſiſtere a lucrandi cõcupiſcentia: ſicut amaram cholerã abſtinẽtia ⁊ euacuatio. Facilius eſt eni hominẽ exiſtentẽ volare: ꝗ̃ adiectione pluris quieſcere facere deſiderium. Et Auguſti. libro. lxxxiij. queſtionũ. Charitatis venenũ eſt ſpes adipiſcẽdorũ temporaliũ. Si ergo chriſt⁹ multiplicationẽ temporaliũ per modũ

poſſeſſionis diſcipulis ſuis ꝓmitteret: charitatem in eis perimeret potius q̄ augeret: dum poſſeſſionis terrene centuplicatiōe ꝓmiſſa: tēporalium bonoꝝ affluētiam ſperādam docet potius q̄ ſpernēdam. Quod impium eſt ſentire de xp̄i doctrina. Modus etiā ap̄lice vite predeterminatis non aduerſat̄ ſed conſonat. Quāuis enī legatur in actibus q̄ multitudini credētiū erāt oīa cōia: et q̄ venditaꝝ reꝝ precia ponebant̄ ad pedes ap̄loꝝ: nequaq̄ eſt intelligendū q̄ ap̄li ꝓprium aliquid vel cōe poſſiderēt: qꝛ cōitas illa non refert̄ ad ap̄los/ ſꝫ ad turbā ſicut glo. ibidem inſinuat. Diſcernit inquit ordinem doctoꝝ ⁊ auditoꝝ. Nam multitudo credētium rebus ſpretis copula charitatis inuicem iungebantur: ap̄li ꝓo virtute fulgētes myſteria xp̄i pandebāt. Hec glo. Que per ipm̄ text. declarat q̄ ſicut illa rerū cōmunitas erat turbaꝝ: ſic ⁊ ſignoꝝ virtus erat ap̄loꝝ. Nec huic repugnat qđ ſequitur ante ipoꝝ pedes precia fuiſſe poſita: quia vt dicit Hiero. ad Demet. hoc faciebat vt docerēt pecunias eſſe calcādas: vel certe vt ſe ac ſua apoſtolice diſpoſitioni committerēt: ſicut docet Amb. ſup ep̄lam. ij. ad Coꝝ. vbi de ap̄lis dicit. Quātum ad preſentem vitam pertinet pauperes videbātur: ſed ſpūales diuitias credētib⁹ largiebant̄: egeni in terris/ in celis diuites: vt nihil habentes/ oīa aūt poſſidētes. Hoc enī fuit in ap̄lis gl'ioſum: vt ſine ſollicitudine ⁊ noīe poſſidendi: non ſolū ea que in poſſeſſiōib⁹ erāt/ ſed eoꝝ dños poſſiderent. hec Amb. In qb⁹ inſinuat q̄ apoſtolis in ſua egeſtate manētib⁹/ eoꝝ diſpoſitioni quo ad res ⁊ perſonas primitiua illa eccl'ia ſuberat: hāc tamen reꝝ diſpoſitionē maluerūt cōmittere alijs: ſicut in actib⁹ conſequēter legit̄. Non eſt equum nos relinquere verbum dei et miniſtrare mēſis. Quod quidem dixerunt vt diſtractionem miniſtrādi refugerēt: non qꝛ per illud miniſterium aliquid poſſiderēt. Vñ et petrus in eadē vrbe vbi hec fiebant pauperi elemoſynam a ſe petēti reſpōdit. Aurum et argentum non eſt mihi. vbi glo. Memor illi⁹ precepti nolite poſſidere aurꝫ neq̄ argētum. pecuniam que ad pedes apoſtoloꝝ ponebatur non ſibi recōdebat/ ſed ad vſus pauperū qui ſua patrimonia reliquerāt. Hāc etiam formā paupertatis ⁊ iohānes euāgeliſta ſeruauit cum diſcipulis: inter quos duob⁹ qui magnas reliquerāt opes ꝓ nimia egeſtate tētatis: ſicut ſcribit̄ in ei⁹ legēda: ait. Nunquid non valet manus dñi vt faciat ſeruos ſuos diuitijs affluētes? Sed in hoc certamen ſtatuit animaꝝ: vt ſciāt ſe eternas habituros diuitias qui pro ei⁹ noīe tēporales opes habere noluerūt. Eandem paupertatis diſtrictionem thade⁹ ſeruauit apoſtolus: ſicut ſcribit̄ in primo libro eccl'iaſtice hiſtorie: q̄ cū poſt xp̄i aſcēſionem abagarus rex ſanat⁹ a prefato apoſtolo: preciperet eidem dari aurum ⁊ argētum: ille non accepit dicēs. Si noſtra relinquimus quō accipiemus aliena? Sed ap̄lus paul⁹ de ſe ſimul ⁊ ceteris ap̄lis ait ad Coꝝ. Uſq̄ in hāc horam ⁊ eſurimus et ſitim⁹: et colaphis cedimur: et inſtabiles ſumus. vbi glo. Uſq̄ in hāc horam. i. cōtinue. Et alibi ad Coꝝ. In fame ⁊ ſiti/ frigore ⁊ nuditate. Hāc penurioſam vitam duxiſſe apoſtolū non ad tēpus ſed continue hec prefata gloſa inſinuat: et ſuperi⁹ allegata Chriſoſtomi de laudib⁹ pauli auctoritas confirmat. Si quando igitur dicit ſe habere oīa et abūdare: nec debet nec poteſt intelligi quātum ad opulētiam ſiue affluentiam rerum/ ſed quātum ad ſufficientiam mētis. De qua Aug. in lib. de beata vita. Nullus ꝑfect⁹ aliquo eget: et qđ videtur corpori neceſſarium ſumet ſi affuerit: et ſi non affuerit iſtarū rerum non frāgetur inopia. Qꝛ ſi forte quis dicat ap̄lm aliquas ſecum tuliſſe pecunias: qꝛ periculis ſe dicit expoſitum fuiſſe latronum. aperte cōtrariat̄ Ambroſio: qui prefatum locū tractās in originali: ſic ait. Cum i ciuitate diabolus eū occidere non poſſet/ latrones ſibi excitabat in via: cū nihil ferret qđ latrones cuperent. Hec ſacer Ambro-

ſe

Cui et Chriſoſt. conſonat de laudibus
pauli. Job cum oues ⁊ boues haberet
innumeras erat in pauperes liberalis.
Paulus quo nil amplius corpore ſuo poſ
ſidēs: de hoc ipſo ſufficiēter indigētibus
miniſtrabat. Miram pauli ex hac lau-
de perpēdere valeus inopiam cum nil
preter corpus haberet / ac per hoc nihil
qd latro capere poſſet: mirā nichilomi
nus affluētiam cum non ſolum ſibi ſuf
ficeret / verūetiam in alios abundaret.
Deniqꝫ nec loculorum xpi ad prefatā per
fectionis formam vlla inuenitur diſſo
nantia ſi quō et quare ipſos habere di-
gnatus fuit pia mentis attentione pen
ſetur. Nam vnigenitus dei cum diues
eſſet in oēs / pro nobis a deo factus ege-
nus vt alieno cibo veſceretur: non ſine
magna diſpenſatione diuini conſilij lo
culos fecit deferri: quorum tamen cuſto-
die illum deputauit diſcipulum quem
furem ac proditorem preſciebat eſſe fu-
turum. Habuit eīn loculos xpus ad cō-
ſolandum infirmos: ad reuellēdum im
probos: et ad informādum perfectos.
Unde ⁊ huiōi actus ſcilꝫ hābere locu-
los in xpo reſpectu infirmorum fuit cōde
ſcenſiuus ad conſolādum eos qui pro-
prijs loculis carere nō voluīt: ſicut Au
gu. ait i lib. de opere monachorum. Dñs
more mīe ſue infirmioribus compatiēs
cum ei angeli poſſent miniſtrare locu-
los habebat: quibus mitteretur pecunia
que cōferebatur vtiqꝫ a bonis fidelibus
eorum victui neceſſaria: quos loculos iu-
de cōmendauit. Reſpectu aūt impiorum
fuit actus commonitorius: primo qui
dem ad reuellendum hereticos qui lo-
culos reprobāt ⁊ deteſtātur. vnde Au
guſt. ſuper Johā. omel. xlviij. Quare
loculos habuit cui angeli miniſtrabāt
niſi quia eccl'ia loculos ipſius habitura
erat? Unde et loculos habebat vt do-
ceret non eſſe peccatum loculos habe-
re. In his Augu. manicheorum reuellit
impietatem condēnātium eccl'ie ſtatū
propter rerum tēporalium poſſeſſiōem.
Secūdo cōmonitorius fuit ad deterren
dum auaros qui loculos concupiſcūt.
Quāqꝫ enim ad mitigationem cupidi
tatis dñs iude loculos cōmiſiſſet: ipſe
tñ adeo cupiditatꝫ igne exarſit vt ipm
dñm precio paruo venundaret. Unde
et Chriſo. ſuper Joh. omel. lxv. Si quo
quis ſcrutabitur quid furi exiſtenti lo
culos cōmiſit pauperum: et diſpenſare
fecit auarum exiſtētem? vt oēm abſci-
deret occaſionem. Etenim ſufficiētem
habebat ex loculo cōcupiſcētie mitiga
tionem: ſed propter nequitiam multam
quam volebat comprimere xps multa
condeſcēſione ad eum vtens: non incu
ſabat ſurripientem obſtruens pernicio
ſam concupiſcētiam ⁊ oēm auferēs oc
caſionem. Hucuſqꝫ Chriſo. aperte de-
clarās ꝙ non penuria paupertatis ſed
nequitia cupide mētis cauſa fuit tāte
impietatis. Reſpectu vero perfectorum
fuit actus informatorius. Siquidem
quātum ad modū habendi forma fuit
perfectionis i eccleſiaſticis perſonis /
maxime cenobitis: vt ad exēplum xpi
et diſcipulorum eius nullus ſibi quicqꝫ ap-
propriet / ſed habeant oīa in communi.
vnde Augu. ome. lx. ſuper Joh. Habe
bat dñs loculos: et a fidelibus oblata cō
ſeruās: ſuorum neceſſitatibus et alijs indi-
gētibus tribuebat. tūc primum eccleſia
ſtice pecunie forma eſt inſtituta vt in-
telligeremus qd precepit non cogitan
dum de craſtino eſſe non ad hoc fuiſſe
preceptum vt nichil pecunie ſeruaret
a ſanctis / ſed ne deo propter iſta ſeruia-
tur. hec Aug. Qui formam regulari-
ter viuētium deſcribēs: ſicut habetur
xij. q. j. ait. Cū huius noſtre cōgregatio-
nis fratres non ſolum facultatibus ſed
etiā voluntatibus proprijs in ipſa ordinis
ſuſceptione renūciauerint: certum eos
nihil habere / poſſidere / dare / vel acci-
pere ſine ſuperioris licentia debere.

¶ Quātum aūt ad modum diſpēſan
di forma fuit pfectionis in eccleſie pre
latis: vt exēplo xpi bona eccleſiaſtica
diſpenſent ad ſuſtentationem miniſtro
rum eccleſie: et ad pauperum releuādas
miſerias. vñ Chriſo. ſuper Joh. omel.
lxxj. de loculis xpi loquēs queſtiōem
proponit. Qualiter inquit non peram:
non virgā: non ea iubēs deferre marſu

plum ferebat. Rñdẽs ſubdit. Ad inopum miniſterium vt diſcas q̃m valde pauperẽ et crucifixũ hui⁹ oportet partis multã facere ꝓcurationẽm. Multa eñ ad noſtrã diſpẽſans doctrinã agebat. In his oſtẽdit Chriſo. ꝙ viris perfectis cõpetat miſerabilium perſonaꝝ gerere curã: qđ maxime locũ habet in prelatis eccl'ie: quoꝝ perfectioni cõſonat vt ꝛ ſpũaliter ꝛ etiã tẽporaliter paſcẽdis ſibi cõmiſſis gregib⁹ intendant. Vñ Proſper in lib. de vita cõtẽplatiua. Sciẽtes viri ſancti nihil aliud eſſe res eccl'ie niſi vota fideliũ et precia pctoꝝ et patrimonia paupeꝝ non eas vẽdicauerũt in vſus ſuos vt ꝓprias: ſed vt cõmendatas pauperib⁹ erogauerũt: hoc eſt poſſidẽdo cõtẽnere: non ſibi ſed alij poſſidere: et nec cupiditate habẽdi eccleſie facultates ambire: ſꝫ pietate ſubueniendi eas ſuſcipere. et qđ habet eccleſia cum oĩb⁹ nihil habẽtib⁹ hr̃e cõe: nec aliquid inde eis q̃ ſibi ſufficiũt de ſuo erogare: cũ nihil aliud ſit habẽtib⁹ dare q̃ꝫ perdere. ¶ Quãtum vero ad modũ vtẽdi forma fuit pfectionis ipis apl'is ac ceteris hmõi paupertatẽ profeſſis: vt cũ ex amore paupertatis ſemper carere loculis cupiãt: ſolũ quãdo aperte neceſſitatis viget articul⁹ loculos ferãt. Ipe ſiquidem xp̃s ſuſtẽtabatur a ſuſcipiẽtib⁹ vel a mulierib⁹ comitantib⁹ eũ. ſicut in Luca ſcribit̃ ꝙ ibãt cũ eo mulieres que miniſtrabant ei de facultatib⁹ ſuis. Cũ tñ per ſamariam trãſiuit: in qua quidẽ ciuitate vt dicit euãgeliſta / hoſpitiũ habere nõ potuit: de loculis vixit. ſicut dr̃ in Johã. ꝙ diſcipuli abierant in ciuitatem vt cibos emerẽt. Unde ſup illud Luce. Qñ miſi vos ſine ſacculo ꝛ ſine pera. dicit glo. Si per inhoſpitales regiones trãſim⁹ plura viatici cauſa licet portari q̃ꝫ domi habeam⁹. Cõſtat aũt ꝙ valde pauper eſt q̃ plura portat in via q̃ꝫ habeat vbi habitat habitatione determinata. Vr ſi forte quis dicat perfectionis formam nullo tẽpore eſſe intermittẽdam. Reſpõdet ad hoc Beda ſup Lu. dicẽs ſup illud. Nũc habet ſacculum tollat ſimiliter ꝛ peram. non eadem viuẽdi regula perſecutionis que pacis tempore inſinuat. Sũt nãq; virtutes que ſemp omnixeq; tenẽde ſunt: et ſunt que tẽpore locoq; ꝓuida ſunt diſcretione mutãde. Quis eñ neſciat viſcera mie benignitatem: humilitatem: patiẽtiam: modeſtiam: caſtitatem: fidem: ſpem: charitatem ꝛ his ſimilia / ſine vlla tempoꝝ intercapedine eſſe ſeruanda. At vero famem: ſitim: vigilias: nuditatem: lectionem: pſalmodiam: orationem: laborem operãdi: doctrinam: ſilentium ꝛ cetera hmõi / ſi quis ſemper exequenda putauerit: nõ modo ſe hoꝝ fructu priuabit ſed et notam indiſcrete obſtinatiõis incurret. Magiſter itaq; deuſq; virtutum vt modum diſcretionis inſinuet / miſſis ad predicandum diſcipulis: ne quid tollerẽt in via precepit: videlicet ordinans vt qui euãgelium annũciant de euãgelio viuãt. Mortis ꝓo tẽpore illo inſtãte et tota ſimul gẽte paſtorem gregẽq; perſequẽte congruam tẽpore decreuit regulam: pecuniam. ſ. victui neceſſariam: donec ſopita pſecutione inſania tẽpus euangelizãdi redeat tollere permittẽdo. hec Beda. Ex predictis igit̃ patenter elucet ꝙ oĩs pfectionis ſplendor ꝛ ſpeculũ ieſus xp̃s ob ſex rationes prefatas ac triplicem vtilitatem: aggregatione quadam in pfectionis ſenariũ conſurgẽtem: mirabili quodam modo in habẽdo loculos: et infirmos ſimplici modo conſolatur: et impios dupliciter arguit: pfectos tribus modis informat. In quib⁹ et illud eſt omni admiratione ꝛ laude ac imitatione digniſſimũ: ꝙ ſic paupertatem xp̃s tenuit vt ſtatum diuitum non damnaret: ſic ꝛ habentibus pecuniam conformem ſe reddidit vt paupertatꝭ ſumme formam perfecte ſeruaret. Unde ſup illđ Matth. Uade ad mare. Glo. Tñtante fuit paupertatis vt vnde tributũ ſolueret non haberet. Judas quidẽ cõmunia in loculis habebat: ſed res pauperum in vſus ſuos conuertere nefas duxit: idipſum dans exẽplum nobis. hec Gloſa. Non igitur loculi chriſti ad

fomentum cupiditatis trahendi ſunt. Sicut em̄ ī ſaluatore noſtro crucifixo nil fuit qđ ſeculares glorias aut delitias ſaperet: ſic nil egit / nil docuit per qđ mūdi diuitias appetēdas eſſe monſtraret: quin potius vt nos ad perfecte paupertatis amorem accēderet: in huius mundi cāpum hoſtem expugnaturus ingrediens: de pauperrima matre pauperrimꝰ prodijt. ſed ⁊ hoſtiam deo patri vt pontifex offerēs: nudus ī cruce pependit: necnon vt veritatis eius tāq̃ ꝑfectiſſime rectitudinis nequaq̃ diſcordaret medium ab extremis: tota vita ipius caminus paupertatis fuit. Huius igitur inuictiſſimi ducis nuditate tanq̃ armatura circūdati: et in eo ſolo ſperātes qui ait. Confidite: ego vici mundum. in ipſius pauperis crucifixi noīe hoſtiles excipiamꝰ inſultus.

## ¶ Tertie reſponſionis ſecūda particula octauūq̃ capitulum: in quo poſſeſſionum leuiticaꝝ ⁊ eccl'iaſticaꝝ affluētia mōſtrat̄ ꝑfectioni paupertatis non eſſe contraria: ſed ⁊ cōmēdatio diuitiaꝝ oſtēdit̄ non eſſe ſecura.

Paupertatis ſiquidem odibile bonū retroactis tēporibus in tanto fuit horrore ſenſualitati mortalium: vt ante xpi aduētum vix quātūcūq̃ ꝑfectus precioſitatē ipſiꝰ agnoſceret. Poſt ꝓo in tāta fuit admiratione ſpūalium atq̃ ſapiētium: vt vix quātūcūq̃ peruerſus hereticꝰ ipſiꝰ dignitati derogaret: excepto dūtaxat vigilatio quoddā. Qui cū ad interpretationem ſacri doctoris Hieronymi dormitaſſet iā dudū: nūc ꝑ nouū quēdā paupertatis hoſtem illo non minus improbum euigilaſſe videt̄. Ille nimirū contra paupertatis ꝑfectionem et ſuſtētationem paupeꝝ ſctōꝝ ſui pectoris virꝰ euomuit: hic aūt bonoꝝ tēporalium affluētiam in culmine ꝑfectionis euāgelice collocās: ipſoꝝūq̃ volūtariā carentiam: vt imperfectā et ſupſtitioſam calūniās illiꝰ ſe fatet̄ diſcipulum: qui cōtra euāgelizātium ⁊ mēdicātium pauperum ordines libellū cōpoſuit: quē ſedes aplica condēnauit. Quē etiā non parua temeritate velut innocētem excuſat: ipſiuſq̃ doctrinā cōmēdat ⁊ approbat: non ſine iniuria multa ſedis iā dicte: cū nil aliud ſit auctorē dānati libelli innocētem aſſerere q̃ dānātis iudicium reprobare. Inſurgēs igitur temerariꝰ in ſerie ſui libri exordio aduerſus paſtorē eccl'ie: vt pauperū ipſiꝰ gregem inuadat atrocius: primū ſe armat poſſeſſionibꝰ leuitaꝝ. Nam in hoc perſuaſionis ſue ſumma conſiſtit ꝙ cū forma ꝑfectionis euāgelice in leuitis preceſſerit: quibꝰ a dño collate fuerūt decime / primitie ⁊ oblationes ad viuēdū ciuitates ad habitādum: et ſuburbana ad alēda pecora: ſi nouū teſtamētū veteri nō repugnat quin potius cōſonat: qr rota erit in medio rote: nullo modo ſm hoc noue legis ꝑfectio cōſiſtit ī carentia hmōi poſſeſſionū / ſed potius in habēdo eas vt dño dedicatas. In hac aūt ꝑſuaſione quā per multas verboꝝ venat̄ ambages non ſolū veritati ſed ſibijpi cōtradicit aperte. In precedenti ſiqdem libro cū abſtinētie ꝑfectionem impugnaret / aſſeruit vinū fuiſſe ꝓhibitum filijs aaron ſacerdotibꝰ tanq̃ imperfectis: nūc aūt illos eoſdem ī affluētia poſſeſſionū perfectos aſſerit / quaſi verbi prioris oblitꝰ: vel ſi forte memoriam habuit / in tantā deuenit erroris caliginem vt putaret ꝙ abſtinere a delitijs ſit imperfectū / et poſſidere diuitias ſit perfectū. Inſup et cū pauloāte docuerit ꝙ in contēptu oīs ꝓprietatis euāgelice ꝑfectionis cōſiſtit inceptio: et ſacerdotes leuitici gn̄is habuerunt vxores ⁊ filios / ad quos bona ſua tāq̃ vere ꝓpa hereditaria ſucceſſione trāſmittebāt: neceſſario ſeqtur ꝙ ꝑfectio euāgelica in leuitis non fuit. vel ꝙ abdicatio ꝓpetatis non eſt initiū ꝑfectionis hmōi: ac ꝑ hoc manifeſte cōuincit̄ ſibijpi eſſe cōtrariꝰ. Cōtrariat̄ etiā ipſi veritati. Si em̄ forma vite leuitice perfectionem legis euāgelice veraciter cōtinet: cū perfectio modi viuēdi tam in veteri teſtamēto q̃ nouo ſupremum te

neat locū: et perfectio legis pfectioni
euāgelij equat/necesse est summum le
gis ꝛ summum euāgelij tam in merito
ꝙ in premio inter se equari: ac per hoc
testamētum testamēto: ꝓmissio ꝓmis
sioni: sacerdotium sacerdotio coequa
tur. Si igit lex neminem ad perfectū
duxit: nec euāgelium. si non per legem
iusticia: nec p euāgelium. si etiam qui
sub lege erāt sub maledicto fuerūt: et
qui sub euāgelio. Frustra igit dei fili⁹
est incarnat⁹ et passus: frustra transla
tum est sacerdotium: frustra legis ob
seruātia ꝓ maiori pte abolita: et euan
gelica veritas introducta: que oīa cū
sint falsa et impia ꝛ prorsus abijcienda
tanꝙ heretica/necessario concluditur
et illd̓ esse erroneum ex quo hec sequū
tur: sc3 ꝙ in forma vite sacerdotum le
galium euāgelice pfectionis altitudo
consistat. vñ Apl'us ad Heb. Si cōsū
matio inquit. i. perfectio ꝭm glo. per sa
cerdotiū leuiticū erat: quid adhuc ne
cessariū fuit ꝭm ordinē melchisedech/
et non ꝭm ordinem aaron dici. Trāsla
to eñ sacerdotio necesse est vt et legis
translatio fiat. Ubi glo. Hic incipit no
ui ꝛ veteris testamēti differētias dare
qꝛ illud imperfectū. Cui etiā consonat
illd̓ qd̓ subsequēter adiūgit idem apl's.
Umbrā inquit habēs lex futuroꝝ bo
noꝝ non ipsam imaginem rerum/nūꝙ
pōt accedētes pfectos facere. vbi glo.
Lex vmbram habēs nunꝙ pōt facere
pfectos virtutib⁹ et bonos pontifices.
Non est igit perfectio virtutū et consi
lioꝝ euāgelij in litterali obseruātia mā
datoꝝ legalium: et ī modo viuēdi illoꝝ
pontificum requirēda/nisi sicut ī figu
ra et vmbra: qꝛ hoc modo dicitur rota
esse in medio rote: non per litteralis ob
seruātie equitatem ī testamēto vtroꝗ
sed per spūalis intelligētie enigmaticā
prefigurationem. Qꝫ si quis obijciat si
cut ꝛ hic cui respōdem⁹ allegat ꝙ for
ma prefata indicta sit sacerdotib⁹ per
ezechielem: q̄ non vmbraticum sed san
ctum ꝛ veꝝ eccl'ie tēplū describit/attē
dat qd̓ ibidem premittitur ꝙ sacerdos
virginem ducat vxorem/et ī sacrificio
agnos et vitulos offerat. Eadem igit
ratione qua pfectio euāgelica in leui
ticarum possessionib⁹ precessisse decer
nitur: et in eoꝝ vxoribus et sacrificijs
atꝗ obseruātijs ceteris fuisse mōstra
tur. Qꝫ si verū est ad pfectionem euan
gelicam spectat ꝙ sacerdotes noue le
gis vxores ducāt: hyrcos ꝛ vitulos of
ferāt: et primi cū tubis ad bella proce
dant. Que cū absurda sint non est re
quirenda vere perfectionis descriptio
in tēplo illo ꝭm litteram/sed ꝭm allego
riam. vñ Hiero. ad Nepotianū. Nec
vero mihi aliquis opponat: diues ī iu
dea tēplum: mēsas: lucernas: thuribu
la: patellas: cyphos: mortariola ꝛ cete
ra ex auro fabrefacta: tūc hec ꝓbabā
tur a dño qñ sacerdotes hostias immo
labāt/ꝛ sanguis pecudū erat redēptio
pctoꝝ: quꝙ hec oīa ī figura precesserit.
Nūc ꝟo cū paupertatē dom⁹ sue pau
per dñs dedicauerit cogitem⁹ crucem
eius ꝛ diuitias lutū putabim⁹. Quid
miramur ꝙ xp̄s vocat iniquū māmo
na: quid suscipim⁹ et amam⁹ qd̓ petr⁹
se nō habere testat. Alioquin si tātum
litteram sequimur: et in auro atꝗ diui
tijs simplex nos delectat historia cum
auro obseruem⁹ et cetera. Ducāt pōti
fices vxores ꝟgines: lepra corporis aīe
vitijs preferat: crescamus: multiplice
mur: et repleam⁹ terrā. figam⁹ septimo
mense tabernacula: et solennia ieiunia
buccinis concrepem⁹. Qꝫ si hec oīa spi
ritualib⁹ spūalia cōparātes sic intelli
gamus vt dñs intellexit ꝛ interpretat⁹
est sabbatū. aut aurū repudiem⁹ cū ce
teris supstitionib⁹ iudeoꝝ. aut si aurū
placet/placeant ꝛ iudei: quos cū auro
aut ꝓbare nobis necesse est aut dāna
re. Hucusꝗ Hiero. A quo luce clari⁹
ratio premissa dissoluit: et euangelice
paupertatis pfectio noue legi ꝓpe cō
uenire docet. Nequaꝙ igit intelligen
dum est bona leuitarū dño dedicata
fuisse/tanꝙ in se sint aliq̄d sanctitatis
habētia: et non possint esse occasio cul
pe/sed qꝛ deputātur sustentationi illo
rum q̄ domino famulātur. Quorum
dñs possessio dicit: quia sicut alij viue

bant de fructibus terrarum ſuarum/ſic et hi de puenientibus diuinorum myſteriorum: ita tamen quod ea que inde percipiebant proprietatis iure ad ſuos vt dictum eſt tranſmittebant heredes: quia ſicut illis non indicta erat caſtitatis integritas/ſic nec conſulta paupertas. vnde Hiero. ad Euſtochium. Alia fuit in veteri lege felicitas: in qua beatus dicitur qui habet ſemen in ſyon: et repromiſſio fit diuitiarum. Statim vt filius dei ingreſſus eſt ſuper terram/nouam ſibi legem inſtituit: vt qui ab angelis adorabatur in celis/haberet angelos et in terris. Tunc holoferni caput iudith continens amputauit: tunc iacobus et iohannes relicto patre reti et nauicula ſecuti ſunt ſaluatorem/affectum ſanguinis et vincula ſeculi et curam domus pariter relinquentes. Tunc primum auditum eſt. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum: et tollat crucem ſuam: et ſequatur me. Nemo enim miles cum vxore pergit ad prelium. Diſcipulo ad ſepulturam patris ire cupienti non permittitur. Vulpes foueas habent: et volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet: ne forte contriſteris ſi anguſte permanſeris. In his Hiero. patenter inſinuat quod ſicut ſtatui teſtamenti veteris diuitie competebant et nuptie: ita perfectioni noue legis paupertas et caſtitas. Sicut igitur virginitas per chriſtum introducta legem non ſoluit ſed implet: ſic nec paupertatis conſilium legem deſtruit/ſed conſummat: quia nec in eadem lege euangelica conſilia preceptis contrariantur/ſed potius addunt ad perfectionem iuſticie. Concluditur igitur per hec quod ſicut a ratione diſſonum eſt formam perfecte caſtitatis conſtituere in vxoribus ſacerdotum legalium: ſic ſane doctrine aduerſatur perfectionem paupertatis collocare in poſſeſſionibus leuitarum. His conſonat Bern. de colloquio ſymonis et ieſu. Longe inquit aliud eſt in luto aquarum multarum diuiſi fundo maris iter capere terrena licite poſſidendo: aliud ipſam nouis greſſibus nudam calcare omnia relinquendo: ſed tempori gratie prerogatiua hec debebatur: petro nouum iter et non typus itineris ſeruabatur. Antiquorum ſane patrum diebus/donec in terris videretur et conuerſaretur inter homines dominus maieſtatis: non erat euangelice forma perfectionis/ſed ſpiritum domini ſolo interim ſpiritu ſequebantur. At cum verbum caro factum eſt et habitauit in nobis: iam in eo tradita eſt imago vite et conuerſationis exemplar quod oportet etiam corporaliter imitari: vt vtroque ſequentes veſtigio non vlterius cum patriarcha iacob altero femore claudicemus. Neque hoc dicimus tanquam ſi ſaluari hoc tempore ſi ſecus quis egerit nequeat: ſed vt gradum agnoſcat proprium/et locum perfectionis aut diſcipulatus officium non vſurpet. hec Bern. Per que cupidorum atque error perverſus eliditur: a quibus ſub pietatis ſpecie per antiquorum patrum diuitias paupertas impugnatur. Ex quibus et illud conſequitur quod is cui reſpondemus non tanquam paupertatis amicus ſed aduerſarius pauperum ſuper huiuſmodi poſſeſſiones ſe fundans/perfectionis fundamenta non ſtatuit ſed ſubuertit. Perfectionem igitur paupertatis extreme legalis obſeruantia non oppugnat: ſed nec forma viuendi apoſtolorum: nec loculi chriſti: nec promiſſio centupli: ſicut ex antedictis eſt patens. inſuper nec affluentia facultatum eccleſie: qua velut armatura conſequenter ſe munit pauperum hoſtis: non tam ad defenſandum ſtatum eccleſiaſtice celſitudinis quam ad deijciendum culmen euangelice paupertatis. Si enim poſſeſſiones eccleſie commendaret vt licitas/vt expedientes/vt perfectioni compoſſibiles: in his qui communiter poſſident: et his qui ſancte diſpenſant/viam ſequeretur ſanctorum doctorum et canonum confutantium perverſos hereticos: qui eccleſiam dei propter poſſeſſiones acceptas a ſtatu iuſticie et perfectionis aſſerunt eſſe collapſam. Nec ſancte paupertati preiudicatur in aliquo doctrina huiuſmodi pro eo quod varij ſunt in ea perfectionis modi: ſicut circa reſponſionis huius principium fuit oſtenſum. Nunc autem quia ſuadere conatur poſſeſſiones eccleſiaſticas ad perfectionis facere culmen: tanquam perfectius ſit in cis in chriſto affluere quam pro chriſto carere: non ſolum gloriam paupertatis euacuat/verum etiam fundamenta ipſius eccleſie ſubruit:

dum xpm & aplos tēporalia poſſediſſe ad vādum pfectiōis exēplum mōſtrare contēdit. Etem cū xps de ſe diceret q nō haberet vbi caput reclinaret. hic ecōtrario dogmatizat q domū habuit qz dixiſſe legit: dom⁹ mea dom⁹ orationis vocabit. Et poſt ſubdit q xps iure pprietario vbi caput ſuum reclinaret inter hoies fact⁹ homo non habuit qui tanq̄ verus de⁹ oīm leuitaꝝ bona poſſedit. In quo miro modo ſe oſtēdit omni veritatis intelligentia nudum: quaſi neſciētem diſtinguere inter ea que xpi diuinitatem & ipſi⁹ humanitatem reſpiciunt. Qz eñ xpm dicim⁹ fuiſſe pauperem ad ei⁹ refert humanitatem aſſumptam: in qua perfecte viuēdi nobis mōſtrauit exēpla: non aūt ad diuinitatis ei⁹ potentiam ſm quā non ſolū tēplum et bona leuitica ei⁹ dñio ſubiacent/ verūetiam celū et terra & oīa que celi ambitu cōtinētur: dicēte ppheta. Dñi eſt terra & plenitudo ei⁹. Et ſ'o quod dicit q xpo tāq̄ vero ſacerdoti pater in manu oīa dedit: et q ſacerdotij iure leuitarū bona poſſedit/ ipſemet paulopoſt aperte cōtradicit: cū ſubdit q nōdum tranſlato ſacerdotio nec decimarū nec poſſeſſionum debuit trāſlatio fieri. Si eñ ſacerdotium leuiticum ante chriſti paſſionem & reſurrectiōem tranſlatum tum non fuit/ manifeſte colligit q xps iure ſacerdotij eoꝝ que ad leuitas ſpectabant nil oīno poſſedit. Igitur tam veritati q̄ ſibiipſi contradicēs: quia inſtar principis mundi hui⁹ in pauperrimo capite xpo nil tēporalium poſſeſſionum inuenire potuit / ad corpus ipſi⁹ ſcz matrem eccl'iam ſermonem conuertit. De qua friuolis quibuſdam premiſſis auctoritate canonis aſtruit q rōne maioris vtilitatis agros et predia que vendere conſueuerat poſſidere cepit. Ex quib⁹ conſequēter ſic arguit. Cum idem ſit vtile & honeſtum: vt dicit Ambroſ. et quod eſt imperfectiōis inquātum huiuſmodi declinet ab honeſtate: et quod eſt honeſtatis eſt perfectiōis: predia eccl'ie viris pfectis ſunt in perfectionis cumulum/ non in eius detrimentum. Hec ratio ipſius: hec verba/ cuius rationis concluſio partim eſt vera & partim erronea. Verum eſt quidē q eccleſiaſtica predia ſine detrimento perfectiōis haberi poſſunt. Qz autem ſint ad perfectionis cumulum ſentire vel dicere/ adeo abſurdū eſt vt ex hoc ſtatus moduſq viuendi preſentium tēporum vite chriſti preferatur & apoſtolorum: quod eſt apertiſſime falſum. vnde Hierony. Malchi monachi vitam deſcribens: ait. Scribere propoſui ab aduētu ſaluatoris vſq ad noſtram etatem. i. ab apoſtolis vſq ad hui⁹ temporis fecē: quomodo et p quos xpi eccleſia nata ſit: et adulta perſecutionibus creuit: martyrijs coronata ſit: et poſtq̄ ad chriſtianos principes venerit: potētia & diuitijs maior/ ſed virtutib⁹ ſit minor effecta. Huculq Hiero. Inſuper ſi predia faciūt ad perfectionis cumulum/ tūc quāto eccl'ie plura predia poſſident/ tāto qui in eis degūt perfectiores exiſtūt: ac per hoc nullus ab eccleſia habēte copiam predioꝝ abſq detrimēto perfectionis ad religiones tranſferre ſe poteſt: quin poti⁹ ecōuerſo paupertatis erūnas abijcere & ad facultates eccl'iaſticas aſpirare ſanctum erit atq perfectum. Eius ſentētie facultatem Hierony. ad Nepot. eliminās ironice ait. Sunt ditiores monachi q̄ ante fuerāt ſeculares poſſideāt opes ſub xpo paupere quas ſub locuplete diabolo nō habuerūt: et ſuſpiret eos eccleſia diuites quos tenuit mūd⁹ ante mēdicos. Amplius ſi eccleſiaſtica predia faciunt ad pfectionis cumulum/ nihil eſt ſm chriſti conſilium vēdēdum dandumq pauperibus: ſed totum eccleſie agris ſeu opibus aggregandum: cum ſm hoc dogma pphanum cumulatio poſſeſſionum in eccleſia chriſti ad cumulum faciat pfecte ſanctitatis. Contra qd Hierony. ad Demet. Alij edificent eccl'ias: veſtiāt parietes marmoꝝ cruſtis: colūnarum moles aduehant- earūq deaurent capita: gēmis aurato diſtinguāt altaria: non reprehēdo: non abnuo. ſed tibi aliud propoſitum eſt:

chriſtum veſtire in pauperib⁹: viſitare in languētib⁹: paſcere in eſuriētib⁹: ſuſcipere in his qui tecto indigent/et maxime in domeſticis fidei. Ex his colligi poteſt ꝙ prefata cōcluſio multiformem continet abſurditatem. Sed ⁊ ratio ipa non valet. Nam ſicut poſſeſſiones ſunt vtiles/ſic ⁊ alia multa: vt pote vxores/ſerui/arma/et tēporalis potentia: ex quoꝝ retētione non ſequit ꝙ cumulus perfectionis accreſcat. Nec ei ſuffragatur Ambroſij verbum quo diffinit idē eſſe vtile ⁊ honeſtū: loquit eñ de vtilitate bonoꝝ ſpūalium non terrenoꝝ. Nam eodem libro. Nihil vtile niſi qđ ad vite illi⁹ eterne proſit grām diffinimus: non qđ ad delectatiōem preſentis. Nec aliqua cōmoda in facultatib⁹ ſed incōmoda hec putamus ſi non reijciātur ea que hoīm magis cum aſſunt eſtimamus ꝗ̄ diſpēdio cū erogantur. Idem quoqꝫ liber a parte alia ſic ait. Nullum adminiculum preſtāt diuitie ad beatam vitam. Qđ euidēter determinauit dñs in euāgelio dicēs. Beati pauperes qm̄ veſtrum eſt regnum dei: beati q̄ nūc eſuritis. ⁊c̄. Itaqꝫ paupertatem/famem/dolorem que putantur mala non ſolū impedimēto non eſſe ad beatam vitam/ſed etiā adiumēto eſſe euidētiſſime ꝓnūciatum eſt. ſed ⁊ illa que vidētur bona diuitias ſatietatem leticiā expertē doloris/detrimētū eſſe ad fructū beatitudinis dñico declaratum iudicio liquet. Sic ḡ non ſolū adminiculo non ſunt ad vitā beatā corporis externa bona/ſꝫ etiā diſpēdio ſunt. Hucuſqꝫ Ambro. Qr et i predictis intelligendis loquitur de vtilitate intrinſeca et ſpūali/que idem eſt quod honeſtas: non aūt de extrinſeca/de qua canon habet intelligi: ſm ꝙ etiā pronunciat ſapiēs vtiliorem eſſe ſapiētiam cū diuitijs. Sūt eñ poſſeſſiones terrene vtiles ⁊ ſuſtentamēta nature ad opera hūane induſtrie: nōnullis etiā ad exercitia virtutis perfecte/ſꝫ hoc non ineſt eis ex ſeipis ſed ex parte vtentis. vnde Aug. in fine lib. vnde malum. Qui inquit bene vult vti tēporalib⁹ bonis/nō eis amore agglutinet: et velut mēbra animi ſui faciat qđ fit amādo: ne cū reſecari ceperint cū cruciatu ac tabe fedent/ſed eis totus ſuperferat: et habere illa atqꝫ regere parat⁹ ſit/amittere ꝟo ac nō habere paratior. hec Auguſtin⁹. Que nūqꝫ diceret ſi temporalia bona eſſent vtilia ſm ꝙ vtile idem eſt qđ honeſtum: qꝛ null⁹ recte ſapiēs paratior eſſe debet honeſtatem amittere ꝗ̄ ſeruare. Multum igit a ſapiētia diſcors fuit q̄ in tēporalib⁹ ecclie bonis honeſtum ab vtili non diſcreuit. In ſui qꝫ firmamētum erroris ꝑfectionis virtutum ⁊ poſſeſſionis opum ſeptiformem aſſignat germanitatem dicens ꝙ dñs voluit miniſtros ecclie ipm perfecte ſequi/volētes habere bona cōia mobilia et immobilia: primo ꝓpter cautelā futuroꝝ/qđ eſt prudentie: ſcđo ꝓpter ſuſtentatiōem miniſtrātium/qđ eſt iuſticie: tertio i ſuſtētamētum egētium/qđ eſt mīe: quarto i mutue charitatis nutrimētum: quinto quietem: ſexto i aliorum exēplū et largitiōem elemoſinaꝝ: ſeptimo ꝓpter conformitatem ad celeſtem curiā; cui⁹ participatio in idipm. Ex quib⁹ oīb⁹ arguit ꝙ habere poſſeſſiones eccliaſticas ꝑfectionem non minuit ſed cōſummat. Quāqꝫ aūt predictarum rōnum aggregatio ſuꝑficietenus cōſiderata efficax videatur ⁊ pia: ſi tñ diſcutiat interi⁹ efficax inuenitur et impia. Pro eo videlicet impia: quia ſi mobilium ⁊ immobiliū cōmunis poſſeſſio non diminuit ſed potius cōplet/qui non valent nec volūt hec poſſidere cōmunia: ꝑfecti eſſe non poſſunt. Inſuper cum xp̄s et apoſtoli hmōi poſſeſſiones immobiles nō habuerint/ſequitur in eis ꝙ conſummate perfectionis exēplum non effulſit. Inefficax vero: qꝛ in eiſdem rationib⁹ pōt etiā aliquis laicus vxoratus bona ſua retinere: ſcꝫ vt prudēter/iuſte/miſericorditer/charitatiue miniſtrantib⁹ xp̄o ſubueniat/ad illoꝝ quietem et alioꝝ exēplum ſm cōformitatē ſuꝑnā in qua eſt cōicatio larga bonoꝝ: aut igit talis erit ꝑfect⁹: aut prefata ratio nullius efficacie eſſe

conuincitur. Amplius ſicut eccleſiaſtica bona bene vtētibus ſunt materia exercendarum virtutum. ſic etiam abutētibus ſunt fomēto multiformiū peruerſitatum. vtpote iniuſticiarū et impietatum carnalitatum: contētionum: ſimoniarum: ambitionum ⁊ ſciſmatum. nec tamen inferri poteſt propter huiuſmodi abuſum: ꝙ bona hmōi habere ſit impium. pari ratione inferri nō poterit ꝙ per bonam diſpenſationem vtētium ea habere ſit perfectū in ſe et abſolute. vel perfectius ꝙ̃ carere. Unde et illa concluſio quā poſt explicationem rationū predictarum. in quibus multas abſurditates interſerit. tanꝙ̃ finaliter intentam ſubiungat: nullius eſt probabilitatis. ſed magne perfidie. Ait em̄ vt verbis eius vtamur. his cauſis p̄dictis forte ⁊ alijs que a ſapientibus poſſunt inueniri cū apice perfectionis. Q̄ð enim citra eſt: imperfectum eſt. bona tēpalia eccleſie a perfectis viris precepit deus et voluit poſſideri. In q̄bus verbis manifeſte aperit. ꝙ paupertatis euangelice perfectionē totis viribus eliminare contendit. Si em̄ tēpalia bona eccleſie poſſidere ſic eſt perfectū vt dicit: vt oē quod eſt citra illud ſit imperfectū. pauperes igitur chriſti qui nihil omīno poſſidere volunt: ſed totū dant cū vidua illa paupercula. aut citra hūc perfectionis apicē conſiſtunt. ⁊ tunc ſunt imp̄fecti: aut vltra procedūt: ⁊ tunc ſup̄ſticioſi ⁊ impij. Si igitur talis fuit chriſtus ſicut narrat euangelice veritatis hiſtoria: et perfectoꝝ teſtimonio monſtratū eſt ſupra. tales etiā fuerunt apl'i: neceſſario ſequitur ſ̄m antichriſtianam doctrinā ꝙ chriſtus et ei⁹ diſcipuli vel ſuperſticioſi fuerint vel imperfecti. Inſuper ſi hec tēporalia bona chriſtus p̄cepit poſſideri a viris perfectis ſicut aſſerit. quicūꝙ̃ ergo p̄fectionis ſtatū p̄fitētur: ⁊ hec bona nō poſſidēt. tranſgreſſores diuini precepti eſſe conuincuntur. Q̄ð ſi verū eſt vtiꝙ̃ dici non poteſt. btī pauperes ſpū qm̄ veſtrū eſt regnū dei. nec ve vobis diuitib⁹: ſed potius ve vobis pauperib⁹ tanꝙ̃ miſeris: īperfectis iniuſtis et impijs. et beati diuites. Beatus etiā populus cui hec ſunt: ſine quibus nec perfectōis apex: nec virtus iuſticie poſſidetur. que p̄fectio inter dona dei locū precipuū tenz. Caueat ſibi qui eiuſmodi ſentētie eſt ne ſuper eum maledictio principis apoſtoloꝝ iuſte deſcendat. dicaturꝙ̃ ſibi: pecunia tua tecum ſit ī perditionē: eo ꝙ exiſtimaſti donū dei pecunia poſſideri. Mirū certe quomodo q̄s poteſt ad tantā impietatem proficere. ad tātā venire inſaniā ad tātā proꝛūpere fatuitatē. vt cū chriſtus viris perfectis ſuadeat oīa vendere ⁊ dare pauperibus precipiatꝙ̃ apoſtolis vt nec perā nec pecuniā tollant ī via nec aurū nec argentum poſſideāt. ecōtrario audeat dicere preceptū eſſe a deo viris perfectis tp̄alia poſſidere. Quam vero abſurdū dogma cōcluſio prefata cōtineat. ex ipſius verbis elicitur: ex quibus affirmat omne q̄ð infra perfectionis apicē eſt eſſe īperfectum. Si apex dicit ſummā rei alicuius extremā ⁊ excelſam. et apicem perfectio habet. aliquid eſt perfectiōis citra apicē eius. duo ergo cōtraria ſimul dicit: cū aſſerit perfectionē habere apicē. et nihil citra perfectiōis apicē eſſe perfectum. Eſt etiā hec vniuerſalis negatiua pene in toto falſa .ſ. cū nō ſolū perfectio vie ſed etiā p̄fectio patrie gradus habꝫ. ⁊ ſicut perfectio caſtitatis ⁊ obedientie p̄t eſſe maioꝛ ⁊ minoꝛ: ſic ⁊ paupertatis. queadmodū ex prime reſponſiōis tertia parte pateſcit. Deniꝙ̃ ꝙ̃ periculoſum ſit poſſeſſionū affluētiā magnis laudatā preconijs deſiderabilem reddere. ex hoc patenter aduertitur ꝙ oīm fere moꝛtaliū appetit⁹ ⁊ ſenſus proni ſunt ad cōcupīam oculoꝛū ⁊ admirationē diuitiarū. Et ſicut dicit apl's ad thīm. q̄ volunt diuites fieri incidunt in tentationē et laqueū diaboli. Q̄ð ſi dixerit nō ſe laudare poſſeſſiones quaſcūꝙ̃. ſed tm̄ cōmunes et eccleſiaſticas et dn̄o dedicatas: attendat ꝙ non parum latet in ipſarū cumulatiōe periculum. Unde bern̄. de colloq̄o ſymonis ⁊ ieſu. Dotatas ⁊ dedicatas cernim⁹ eccl'ias

talis ſit ſáctioꝛ ⁊ ſublimioꝛ vita plebis. ¶ Quarto ſub metaphoꝛa fideiuſſoris propter pꝛecum interuẽtionem ad deum. ſm illud apoſtoli ad Hebꝛeos. Omnis pontifex ex hominibꝰ aſſumptus pꝛo hominibꝰ conſtituitur in his que ſunt ad deum: vt offerat dona ⁊ ſacrificia pꝛo peccatis. Agit igitur pontifex cauſas hoīm apud deum: agere etiam debet cauſam dei apud hoīem ſue cure commiſſum. ſm illud. iiij. Regum. xx. Cuſtodi virum iſtum: qui ſi lapſus fuerit / erit aīa tua pꝛo aīa illius. Propter quod ſapiẽs in ꝓuerbijs ait. Fili / ſi ſpoponderis pꝛo amico tuo / defixiſti apud extraneum aīam tuam. ¶ Quito ſub metaphoꝛa medici pꝛopter curationem plagarum hoſtilium ſm illđ quod inſinuat Lucas in parabola illius qui incidit in latrones: ꝙ ſamaritanus alligauit vulnera eius infundens oleum et vinũ. deſignans per ſamaritanum ipm medicum chꝛiſtum et eos qui tenent locum eius in expurgatione vitioꝝ. Propter quod et Jacobus dicit. Infirmatur quis ī vobis inducat pꝛeſbyteros eccleſie: et oꝛẽt ſuper eum / vngentes eum oleo ſancto: et oꝛatio fidei ſaluabit infirmum: et ſi in peccatis ſit dimittentur ei. ¶ Sexto ſub metaphoꝛa ſpeculatoꝛis ꝓpter pꝛenunciationem imminẽtium periculorum: ſm illđ Ezechielis. Fili hominis ſpeculatoꝛem dedi te domui iſrael. de quo ⁊ conſequẽter adiungit. Qꝫ ſi gladium ſuperueniẽtem / hoc eſt imminẽtia diſcrimina tẽtationum ſue cure cõmiſſis annunciare neglexerit: ſanguis illarum animarum de ſuis manibꝰ requiretur. ¶ Septimo ſub metaphoꝛa ducis ferẽtis vexillum ad repulſiõem hoſtilitatum: inſtar illius nobilis Machabei qui induit ſe loꝛicam ſicut gygas: et ſuccinxit ſe arma bellica: et pꝛotegebat caſtra gladio. Preeſt enim eccleſie que eſt terribilis ſicut caſtroꝛum acies oꝛdinata: et deputatur ad Salomonis lectulum cuſtodiendum / quem ſexaginta foꝛtes ambiũt ex foꝛtiſſimis iſrael: oẽs tenentes gladios et ad bella doctiſſimi. Eſt itaqꝫ opus ſacerdotalis officij ſeptifoꝛme ſicut dictum eſt.

¶ Si igitur ꝓpter multitudinem errantium a fide chꝛiſtianus populꝰ factus eſt iam ſiſ'is edificio ruinoſo: quis pꝛouidus architectus coedificãtes et conſuſtentantes repellit / niſi a deo ſibi ſapiens videatur ꝙ ſolus ſibi ſufficiat: vel adeo ſtultus ſit ꝙ velit vt ſub manu ſua domus eccleſiaſtica ruat. Iterum ſi pꝛopter defectum ſapiẽtie ⁊ virtutum in plebeis hominibꝰ comparatur ipſa plebs oꝛto inculto ⁊ ſpinoſo et arido: quis diligens ⁊ laboꝛioſus agricola ſeruos collaboꝛantes repellit: maxime qui laboꝛant in opere ⁊ doctrina: niſi intantum deſipiat vt velit ꝙ ſuper humum ſuam ſpine ⁊ vepꝛes aſcẽdãt. Preterea ſi ꝓpter deuiationem a ſemitis diuinarum legũ multitudo populi chꝛiſtiani ſimilis eſt gregi errabundo et perdito / et in medio lupoꝛum conſtituto: quis clemens paſtoꝛ fugabit a ſe harum ouium reductoꝛes ad viam: et non potius gaudebit cum angelis exẽplo boni paſtoꝛis qui dicit. Congratulamini mihi quia inueni ouem que perierat. Amplius ſi pꝛopter multitudinem reatuũ plebis tranſgredictis mãdata dei populꝰ chꝛiſtianus ſimilis eſt viris alieno ere oppꝛeſſis: quis fideiuſſoꝛ ſenſatus abhoꝛrebit huiꝰ oneris alleuationem per multiplicationem interceſſoꝛum ad deum: partim impetrãtium remiſſiõem: partim inducẽtium et adiuuãtium ad ſolutionem ſpiritualium debitoꝛum. Inſuper ſi ꝓpter varietatem peruerſitatum in populo tanta eſt tabes / tanta peſtilentia ſpiritualis: vt quaſi omne caput ſit languidum et omne coꝛ merens ita ꝙ a planta pedis vſqꝫ ad verticem vix eſt in eo ſanitas: quis fidelis medicus non dico peritos homines in arte ſpiritualis medicine / ſed vel canes vlcera lambẽtes audebit effugare / niſi vulneratoꝝ atqꝫ lãguẽtium vitam velint extinguere. Adhuc ſi ꝓpter multifoꝛmitatem tẽtationum vndiqꝫ circunſtant inſidie crudelium hoſtium / et quaſi ſuper capita ci-

uſum gladij iam vibrātur: quis prouidus ſpeculator in ꝓfunde et horrende noctis teterrimis tenebris hr̄e ſecum vigiles recuſabit q̄ caſtra cuſtodiant? Poſtremo ſi propter ſcandalorum frequentias adinuētiones ſcelerum ⁊ inimicoꝝ tyrannides innumerabilis multitudinis ſtrages quaſi continue ſit in caſtris fidelium: et draco cum beſtia multiformium capitum eccleſiaſticā aciem nititur oppugnare: vt truculenter diſcerpat/occidat/et deuoret: quis prudens dux exercitus domini recuſabit commilitones ſecum dimicantes habere: qui vltro ſe diſcrimini offerant et murum pro domo iſrael ſeipſos opponant? Porro quia affectus pontificis ſiue ſacerdotis ad plebem debet eſſe conſimilis affectui patris ad filium matris ad prolem / nutricis ad infantem: ſicut apoſtolus manifeſte declarat/qui fideles per ipm̄ conuerſos modo ſe dicit in chriſto genuiſſe: modo vt filios parturire: modo ſicut paruulos in chriſto lactare: quemadmodum filium pauperculum ſuſtentari: inualidam prolem foueri: et gemētem infantem lactari nequaq̄ eſt patri vel matri vel nutrici moleſtum/ſed deſiderabile charum et placitum: ſic etiam omnib⁹ ſacerdotibus ſanctis et pijs magnum debet eſſe ſolatium quotiens ſalus procuratur plebium ſubiectarum. Propter quod dominus in Mattheo apoſtolos alloquens ⁊ ſucceſſores eorum. Meſſis ait multa: operarij autem pauci: rogate ergo dominum meſſis vt mittat operarios i meſſem ſuam: inſinuās q̄ bonorum pōtificum non tam eſt patienter ferre q̄ deſideranter appetere cooperatores euangeliſtas / ad multitudines diuinarum meſſium colligendas. Quod attendēs chriſti vicarius petriq̄ ſucceſſor: vtpote ſancti ſpiritus illuſtratione preuentus / ſtatum hunc euangeliſantium pauperum: qui ſaluti animarum intenderēt tanq̄ celitus ſibi miſſum cū hylaritate ſuſcepit: pietate confouit: auctoritate roborauit: et poteſtate defendit: et vt patriarcha Jacob tanq̄ filios accreſcētis ioſeph multipliciter benedixit: pie in hoc prouidēs ſaluti animarum: et in nullo preiudicans auctoritati pontificum: tanq̄ ornās non deornās eccleſiaſticam hierarchiam. Tanta enim erat in aduentu huiuſmodi pauperum predicantiū raritas vt illud euāgelicum videretur impleri. Meſſis quidem multa: operarij autem pauci. Q̄d pertractās Gregorius ait. Ecce mundus ſacerdotib⁹ plenus eſt: et tamen in meſſe dei rarus inuenitur operari⁹. Nam et ſi ſunt qui bona audiant deſunt qui dicant: quia officium quidem ſacerdotale ſuſcipimus/ſed opus officij non implemus. Quātum vero predicationis opus ſit eccleſie neceſſarium/in ſe pium/et deo acceptum: manifeſte Chriſoſto. oſtendit ſuper Mattheum. omelia. xxvij. illud tractans verbum dñicum quod diſcipulo dixit patrem ſepelire volenti. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos: tu autem vade et annūcia regnum dei. Ait enim. Nūquid non erat ingratitudinis nature: non adire cum ſepeliretur pater? Prohibuit ergo eum mōſtrans q̄ nihil celeſtibus negocijs magis neceſſarium eſſe oporteret: et neq̄ parum tardare et ſi valde ineuitabilia et incitātia fuerint que retrahunt. Cū igitur ſepelire patrem ſit magne pietatis opus: et ſm̄ ſapientie dictamen diuine maiori bono minus preferri non debeat / relinquitur q̄ maioris pietatis eſt predicare verbum ſalutis q̄ facere opus quātūcūq̄ miſericordie corporalis. Digne quidem pro eo q̄ ſpiritualiter per ipſum cibatur ⁊ potatur / veſtitur et hoſpitio colligitur / ab infirmitate releuatur et a vinculis ⁊ a morte redimitur ſpiritus ad imaginem dei factus. Et ideo cū grauis ſit ſceleris prohibere quēq̄ ab operib⁹ pietatis ⁊ miſericordie corporalis: lōge maioris impietatis erit atq̄ perfidie diuini verbi miniſtris idoneis impedimenta prebere. Penſatis igitur multiformi vtilitate

te ac neceſſitate ſalutis animarum: numeroſitate indigentium plebium: et raritate ſufficientium miniſtrorum: nulli debet videri iniurioſum et ſuperfluum ſi celeſti hierarche cõplacuit aliquos ad hoc opus et ſi non neceſſitate cõſtrictos ſꝫ charitate inductos eligere/ quos et ſubceleſtis hierarcha voluit ⁊ debuit approbare. Quod ſi cui forte videtur ordini diſpoſitiõis hierarchice nequaquam eſſe conueniens monaſticam vitam profeſſos ad opus predicationis aſſumi: pro eo ꝙ dionyſius dicit monachos in eccleſiaſtica hierarchia nõ habere ſtatum perficientium ſꝫ perficiendorum. et Hieronymus aſſerit ꝙ monachus non docentis ſed plangẽtis habet officiũ. Et ſacri canones decernunt ꝙ monachi iuxta ſui nõis interpretationem ſolitarie vite deputati intẽdere debẽt ſaluti proprie/ non aliene. Intelligam huiuſmodi dicta patrum et canonum de ordine monaſtico pro eo tempore fuiſſe prenunciata: quo erãt inter eos perſone laicales ⁊ imperite/ non ſacerdotales et litterate. Nam ſicut idẽ vir hierarchic⁹ docet ꝙ monachorum eſt purgari/ illuminari/ ⁊ perfici: ſic etiam illud non reticet ꝙ purgare/ illuminare ⁊ perficere ad ordinem ſpectet ſacerdotalem. Inſuper et pfeſſio huiuſmodi pauperum non parum diſtat a profeſſione monachorum. et quod maius eſt huiuſmodi hierarchica opera non peragunt auctoritate ſua/ ſed ordinariorum et potiſſime ſummi pontificis: cuius diſpoſitionis auctoritas omnia iura poſitiua tranſcendit. Nec ad hoc feruntur ſm proprie voluntatis arbitrium: ſed iuxta mandatum ſuperiorum a quibus inſtituuntur/ regulantur/ caſtigantur/ et tranſmittuntur: vt veri filij obedientie/ non vt gyrouagi vel ſarabaite: non ſm numerũ vagum ⁊ infinitum ſed ſm certum ⁊ determinatum: atque vtinam plures eſſent idonei qui poſſent aſſumi non in vno angulo terre ſed potius in vniuerſalis eccleſie latitudine. Nimirum hoc deſiderare deberet cetus pontificum ac cuilibet illos prohibere volẽti id reſpondere quod dixit Moyſes ad Joſue. Quid inquit emularis pro me? Quis det vt oĩs populus pphetet/ et det eis deus ſpiritum ſuum? Quãdiu ergo huiuſmodi pauperes leges diuinas cuſtodiũt: et euãgelica conſilia ſeruant que pmiſerunt: et ſaluti animarum intendũt: et ſancte matri eccleſie hũiliter ſubſunt: ſi quis eos repudiãdos cenſeat velut pſeudo predicatores et ſeductores et gyrouagos ⁊ penetrãtes domos/ ſubiacere debet iuſte dãnatiõis iudicio tanquam eccleſiaſtice auctoritatis contẽptor fraterne gratie inuidus/ et euangelice veritatis impugnator.

Demum vt via precludatur erroribus reſpondendum eſt cauillatiõib⁹ quibuſdam magis apparẽtibus: quibus calumniator hic pauperum vitam ipſorum in hac extrema ſui operis parte deprauare molitur: videlicet propter defectum laboris manuum: abdicationem bonorum communium: et mẽdicationem elemoſinarum. Nam ex eo ꝙ apl's ad Theſſalonicẽ. quibuſdam precipit vt cum ſilentio panem ſuum manibus operando manducẽt/ et huiuſmodi pauperes manualiter non laborant: ideo ipſos nititur redarguere/ et de ocioſitate vite/ et de mandati apoſtoli tranſgreſſione. Ad quod nos econtrario reſpõdemus ꝙ ſicut patet ex textu nõ precipit apoſtolus laborem manualem omnib⁹ generaliter: quia tunc omnes qui non vacant laboricijs huiuſmodi/ eſſent in ſtatu dãnationis: inter quos ⁊ ipſe calumniator ſeipſum inuoluit: ſꝫ quibuſdam dũtaxat ocioſe/ curioſe ⁊ inquiete viuẽtibus opus manuum imponit ⁊ imperat: ne blanditijs adulationum ⁊ turpi queſtu victum ſibi conquirant cum diſpendio ſalutis proprie et impedimento ſalutis aliene. Verum quia huiuſmodi pauperes qui ſuis et proximorum animabus ſaluandis intendunt ſm ſepti-

formem operatiōem hierarchicam in antedictis expreſſam id perficere nequeunt ſine adminiculo ſcripturarum ad quarum preclaram intelligentiam peruenire nō poſſunt niſi per ſtudium ſapientiale: quod conſiſtit in legendo/ meditando / orando/contēplando /audiendo/referendo /predicādo: ideo recte competit eiuſmodi ſtudij ſpiritualis operatio ſeptiformis. Et quia difficultas hui⁹ ſtudij totum hoīem requirit: iuxta quod deſignatum eſt in Exodo vbi precepit dñs ꝙ vectes quib⁹ ferenda eſſet arca ſemper eſſent in circulis. Quod exponens Gregorius ait. Quid ad officium predicatiōis excubant: a lectionis ſtudio nunꝗ̄ recedāt. Ignominioſum eſt eñ ſi tūc quis querit diſcere cum debet queſtiones enodare. Ideo qui huic ſtudio ſeptiformi ſollicite intendūt quia magis eſt ſublime in ſe: difficile menti: expediēs eccleſie: et neceſſarium plebi. etiam ſi non laborent operib⁹ manuum: digni tamen ſunt ab eccleſia vt ſuſtententur. ẜm illō Deuteronomij. Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Glo. Victum nō ſubtrahes predicatori: vt vacet orationi et predicationi. Et alia glo. ibidem. Occupati ī doctrina non poſſunt ſibi prouidere neceſſaria. Ex quibus breuiter conſtat ꝙ ſtudium ſapientie cum vigilantia predicationis/ manualem laborem plene recōpenſat. Huic et ſacer Ambroſius conſonat ſuper illud Luce. Maria optimā partē elegit: dicēs. Nec arguas eos ocioſos et iudices quos videas ſtudere ſapientie: hanc enim cohabitātem Salomon pacificus acquiſiuit. Denicꝫ apoſtoli non putauerunt optimum relinquere verbum dei ⁊ miniſtrare mēſis. Huic etiam concordat Hieronymus in prologo ſuper Iob. Si autem fiſcellam iū co texerem/aut palmarum folia cōplicarem: vt in ſudore vult⁹ mei comederem panē: et ventris opus ſollicita mēte tractarem: null⁹ morderet/nemo reprehenderet. nunc autem. qꝛ iuxta ſaluatoris ſentētiam operari volo cibum qui non perit falſari⁹ vocor. Ad idem quocꝫ facit quod ſuper illud Pſalmiſte. Defecerunt oculi mei. dicit Auguſtinus. Non eſt ocioſus qui tantū verbo dei ſtudet: nec pluris eſt qui extra operatur ꝙ̄ qui ſtudium cognoſcende veritatis exercet. Ipſa etiam ſapiētia maximum habet opus: et antefertur maria que audiebat marthe que miniſtrabat. hec Auguſti. Cui etiam concordat Anſelm⁹ in libro de ſimilitudinibus ita dicens. Tres ſunt hominum ordines: orātes/agricultores, et defenſores: quos ad diuerſa officia deus in hoc mūdo diſpoſuit. monachos vt pro alijs orent et lacte predicationis enutriāt. agricultores vt de ſuo labore ipſi et alij viuant. milites vt vtroſcꝫ defendant. Si igitur nobilius eſt opus monachorum ꝙ̄ agricultorum ſeu militū et illi officijs ſuis intendētes ſtipēdia ſua iuſte merentur: multomagis et hi qui orando deo aſſiſtunt / et ad proximos predicando condeſcendunt. Nec his obſtat Augu. in lib. de opere monachoꝝ. cū ibi loquaꝛ cōtra quoſdam hereticos pͥcipaliter qui vocabātur euchite / aſſerētes monachos non licere ſuſtentande vite cauſa aliquid operari male intelligētes euāgelium xp̄i: qs ſacer doctor ꝑ apl'i documēta cōuincit. Simul etiam arguit monachos illos qui cū pro maiori parte eſſent laici nec predicationi nec ſaluti aīaꝝ intēderēt: non tñ volebant corporaliter operari. et ꝙ̄ꝙ̄ fuiſſent ī ſeculo laborioſi ⁊ pauperes/iam profeſſi monaſticam vitam ab alijs ſumptus accipere non ſolū licitum ſibi ſed etiam debitum eſſe cenſebant. Contra quos Auguſtin⁹. Iſti inquit fratres temere ſibi arrogant quātum eſtimo vt huiuſmodi habeant poteſtatem. Si euāgeliſte ſunt fateor habent: ſi miniſtri altaris: ſi diſpenſatores ſacramētorum: ſi ſaltem aliquid habebāt in ſeculo quo facile ſine artificio ſuſtentarent hanc vitam: quod indigentibus diſpartiti ſunt/credēda eſt corum

infirmitas et ferenda. hec Auguſtinꝰ.
Ex quibꝰ colligitur ꝙ quattuor gene-
ribus hoīm digne et iuſte competit ab
alijs paſci/q̄ꝙ̄ proprijs manibus poſ-
ſint laborare: ſcꝫ qui alios paſcunt vel
verbo et doctrina: vel altaris viatico:
vel diuinoꝝ diſpenſatione ſacramento
rum: vel ſuarum diſtributione faculta
tum. Scdm̄ hec igitur illi quibus ali-
qua predicatarum conditionum cōpe-
tit digni ſunt vt de euangelio viuant.
Illi ꝟo quibus plures digniores exi-
ſtunt: quibꝰ autem oēs/vtpote qui pre
dicant/celebrant/confeſſiones audiūt
et temporalium affluentiam contēpſe
runt: maxime digni eſſe ꝓbātur. Qui-
bus ꝟo oēs deſunt ⁊ validi ſunt ⁊ pau
peres: ne ocioſi et infructuoſi ſint ſibi
et oneroſi eccleſie iuxta ſentētiam Au-
guſtini laborare tenentur: niſi per hoc
excuſentur ꝙ eis qui prefatas cōditio
nes habēt deſeruiūt et aſſiſtūt: et ideo
cum eis ſuſtentari merentur. iuxta qđ
myſterialiter deſignat̄ in Iob. vbi di-
citur ꝙ boues arabāt ⁊ aſine paſcebā-
tur iuxta eos. illaqꝫ aſtruitur lege ſan-
citum qua ſtrenuuus pugnator ille da
uid videlicꝫ iuſte decreuit ꝙ equa por
tio eſſet deſcēdentium ad prelium ⁊ re
manentium ad ſarcinas. Porro ſi ali-
qui quātūlibet ideote ac ſimplices tan
te ſunt deuotionis in prece/tāte diſtri-
ctionis in vita/et tante edificationis in
populo ꝙ eque fructificāt ſolo exēplo
quātum alij exēplo et verbo/excuſant
eos merita vite etiam ſi deſint ꝟba do
ctrine. Hec aūt diximꝰ non quia ocio-
ſos aut ocium approbemus: cū potius
caſtigandos huiuſmodi ⁊ ad opera cō-
pellēdos cenſeamus: ſed quia propter
difficultatem ſtudij ſpiritualis qđ re-
quirit hoīem totum: et ꝓpter debilita-
tem corporum / et inexperientiam ar-
tium mechanicarum rarus inuenitur
aut nullꝰ qui more apoſtoli pauli ma-
nuali labori ⁊ ſapientie ſtudio ſeptifor
mi efficaciter poſſit intēdere. Et ideo
compellere homīes huic ſtudio aptos
ad opera manualia/nō eſt aliud q̄ a ſa
pientia reuocare: et filijs iſrael inſtar
philiſtijm diuinorum eloquioꝝ arma
preripere: vel more pharaonis opibus
duris luti et lateris/iugoqꝫ ſeruitutis
importabilis violenter oppreſſos ab in
greſſu religionis retrahere et ad egreſ-
ſum incitare: quemadmodum inſinua
tur in Exodo per hoc quod pharao di
xit. Quare moyſes et aaron ſollicita-
tis populum ab operibꝰ ſuis? Ite ad
onera veſtra? Ubi glo. ſacri Ambroſij
ex omel. iij. ſuper Exod. Hodie ſi moy
ſes ⁊ aaron: id eſt propheticus ⁊ ſacer-
dotalis ſermo aliquem ſollicitet ad ſer
uitium dei exire de ſeculo/renunciare
omnibus/attēdere legi ⁊ verbo dei: cō
tinuo audiet vnanimes etiam amicos
pharaonis dicētes. Uidete quomodo
ſeducunt homines: qualiter peruertūt
adoleſcentes ne laborent: ne militēt: ne
agant aliquid quod eis proſit: relictis
rebus neceſſarijs ineptias ſectantur et
ocium: laborare nolunt et ocij occaſio-
nes requirūt. hec Gloſa. Qua hoſtis
pauperum dolus patēter detegitur ꝙ
non ſicut chriſti diſcipulus ad exerci-
tia virtutum conatur erigere/ſed tāq̄
amicus pharaonis ſpirituales iſrael fi
lios impugnare. ¶ Alio quoqꝫ modo
calūniator hic pauperum ſtatum ipſo
rum deprauare contendit: pro eo ꝙ ni-
hil ſibi retinent in proprio vel cōmuni:
quo non videntur virtutis tenere me-
dium/ſed vitioſitatis extremum: cum
dicat Ambroſius ꝙ non ſunt effunden
de opes/ſed diſpenſande. Uerum con-
ſimili ratione poſſet ſancta virginitas
oſtendi non laude ſed vituperio digna
quaſi extremum non medium teneat:
dum ab omī cōcubitu ſiue illicito ſiue
cōceſſo ſe tā mēte q̄ carne ſequeſtrat.
Quaprop̄ diligēs cōſiderator aduer
tat ꝙ ſicut aliđ eſt mediū pudicicie cō
iugal̄: aliđ ſctimonie ꝟginal̄. ſic ⁊ aliđ
largitat̄ polytice: aliđ pauptatis euā-
gelice. Largitas nāqꝫ polytica q̄ cir
ca mūdana ꝟſat̄: poſſeſſionū terrenaꝝ
neq̄q̄ ſuadet abrenūciationē a xp̄o cō
ſultā. ſꝫ potiꝰ bonoꝝ iuſte poſſeſſoꝝ di-

lectionē moderatā: & diſpēſatōem largā & piā. Propt̄ dilectōis moderantiā dt ſalomō in ꝓuerb. ī pſona viri polytici. Duo rogaui te ne deneges mihi. mēdicitatē & diuitias ne dederis mihi. ſed tm̄ victui meo tribue neceſſaria. volēs in hoc oñdere ꝙ v̄tꝰ polytica tȝ mediū & fugit extrema. Propt̄ diſpēſationis pietatē dt in eccl'iaſte ꝑ pſona rectoris eccleſie. Vtilior eſt ſapiā cū diuitijs: et magis ꝓdeſt vidētibꝰ ſolē. Ad ſꝰ iō dcm̄ eſt: qꝛ paſtor ſapiens etiā abſq̧ diuitijs vtilr paſcit dn̄i gregē edificat exēplo & v̄bo. ſed cum pia diſpēſatiōe diuitiaꝝ paſcit vtiliꝰ: dū v̄bo exēplo & tꝑali ſubſidio gregi ꝓuidet ſibi cōmiſſo. Et hoc eſt qd canō dicit. expedit facl'tates eccleſie poſſideri. Proptea eccl'aſtes p̄fato v̄bo paulo añ p̄mittit. Ne dicas qd putas cauſe eſt ꝙ p̄terita tēpa fuerunt meliora q̄ꝫ nūc ſunt. ſtulta eſt enī hmōi īterrogatio. In q̄ arguit h̄ticoꝝ ſtulticiā approbantiū eccl'ie ſtatū an̄q̧ a p̄ncipibꝰ dotaret̄: & reprobātiū poſtq̧ dotata eſt. Quibꝰ rn̄det ꝙ vtilior ē ſapiā cū diuitijs. hoc eſt reipublice ſctē m̄ris eccl'ie magis expediēs: ꝑpt̄ varias cōditiōes: neceſſitates: īfirmitates: & cōmoditates multiformiū xp̄ifideliū congregatoꝝ intra eccl'iaſticā vnitatē. inſtar diuerſitatis aīaliū intra arcā noe. qbꝰ ip̄e p̄latꝰ ſollicitā curā exhibēs de paſtu neceſſario ꝓuidere dȝ pro loco & tp̄e iuxͣ dictamē largitatis polytice modū ſuādo in diſpēſatiōe. Propt̄ qd et in agaten. ꝯcilio ꝓhibent̄ hmōi ne res eccl'ie ſibi creditas alienare preſumāt. ibiq̧ ꝯcedit̄ diſpēſatiōis mediū. ſȝ interdicit̄ dilapidatiōis extremū. ¶ Euangelica vero pauptas ꝓ eo ꝙ ad eterna ſpm̄ ſubleuat tanq̄ꝫ ea q̄ in cel' totaliter theſaurizat: pfecte ipām ꝓfitēti ſuadet oībꝯ tꝑalibꝰ debere nudari q̄ ad affectum atq̧ dn̄iū. & arta ſuſtētatōe neceſſitatis eſſe ꝯtētū q̄ꝫtū ad vſum. Et hic eſt ipſiꝰ modꝰ ſiue medietas: ꝙ ſic relinquat dn̄ium ꝙ nō reijciat vſum. ſic recipiat vſū ꝙ nō reſeruet dn̄iū. ſic artitudinē vſus ſeruet ꝙ ſuſtētationē naturenō deuitet. ſic neceſſitati ſubueniat ꝙ ab artitudiē nō recedat. Igit̄ propt̄ vniuerſalē abdicationē poſſeſſionis et depoſitōem affectꝰ terreni: ī pſōa hmōi paupis dicit ſpōſa in cāticis. Expoliaui me a tunica mea: q̄uō induar illa? Laui pedes meos: q̄uō īqnabo illos? Vbi glo. Recepta ſollicitudie tpaliū ſubſidioꝝ q̄ꝫtūlibet eximiꝰ doctor difficile vitat pctm̄. Et de abdicatōe hmōi Hieronyꝰ ad lucinum. Seipm̄ deo offerre xp̄ianoꝝ & apl'oꝝ eſt: q̄ duo pauptatis ſue in gazophylatiū era mittētes totū cēſum quē habuerant dn̄o tradiderūt et merent̄ audire. Sedebitis ſuper ſedes. xij. iudicātes. xij. tribꝰ iſrael. Propter artitudinē v̄o ſuſtētatiōis q̄ꝫtum ad vſum: ī pſona hmōi paupeꝝ dt apl's ad Thim. Hn̄tes alimenta & qbꝰ tegamur his ꝯtēti ſimꝰ. hn̄tes inq̄t nō q̄ꝫtū ad ꝓprietatē dn̄ij: ſed q̄ꝫtū ad facultatem vtēdi: per quē modū hr̄e dicimur om̄e q̄ vtimur. & ſi nō ſit nobis ꝓpriū: ſed gr̄is aliūde collatū. Hunc modum pauptatis tanq̄ꝫ mediū v̄tuoſum mediator dei & hoīn: deiq̧ v̄tꝰ & ſapientia xp̄s in ſeipſo mōſtrauit. q̄ ſicut dt Hieroñ. ad nepotianū alieno cibo veſcebat̄. Hunc & paulꝰ apl'us imitator ipſiꝰ p̄cipuus ſecutꝰ eſt. in cuiꝰ laudibus dicit Criſo. ꝙ nihil hȝ niſi corpꝰ. Sȝ ēt ī hoc exēplū ſe alijs p̄buit cū ait. Imitatores mei eſtote ſicut & ego xp̄i. Igit̄ hunc viuendi modū tāq̄ꝫ a medio v̄tutis recedentē arguere: nihil aliō eſt q̄ꝫ magr̄m v̄itatis atq̧ v̄tutis de exceſſu vicioſo cl'pare. Propt̄ qd diligēter opȝ aduertere: ꝙ ſicut alio & alio mō tenet̄ mediū a v̄tute polytica & purgatoria & animi iā purgati. ſic etiā difformit̄ mediū tenent ciuil'r largꝰ ex rectitudie v̄tutis: & xp̄iformiter egenꝰ in latitudie paupratis. Et hoc eſt qd in auctoritate p̄miſſa Amb. doctor ſacer inſinuat: quā calūniator cōſueto more truncatā allegat. Ceterum inq̄t nō vult dn̄s ſimul' effundi opes ſȝ diſpēſari. in q̄ explicat modum largitatis polytice. Sȝ ne quis ex hoc crederet ꝙ modū pauptatis euangeli

ee nō approbaret. īmediate ſubiungit. Niſi forte vt heliſe⁹ boues ſuos occidit et pauit paupes. ex eo quidē habuit vt nulla cura teneret̄ domeſtica. ſed relictis oīb⁹ in diſciplinā ſe propheticā daret. Hec Amb. addidit vt euāgelicā paupertatē ſublimiter extolleret. q̄ iſte doloſe ſubiicit quaten⁹ eandē ꝓfitentes ſubdole īpugnaret. Nequaq̄ igit̄ hmōi paupes pñt ratōabilr̄ argui ꝙ diſcrimini ſe ꝯmittāt. ac per hoc ꝙ homicide ſint ſui vel tentatores dei. Si enim ſufficientiā vict⁹ q̄ntum ad vſum oportunū reſpuerent: vtiq̄ ſeipōs necarent. Nunc aūt ſic recuſant poſſeſſiōis dñiū ꝙ ſuſtentatiōis neceſſarie nō abiiciunt vſum. ſic ſe ꝯmittunt diuine ꝓuidētie: vt viam nō ſpernāt ꝓuiſionis humane q̄ min⁹ ſuſtentari valeāt. vel de his que gratis offerent̄. vel de his q̄ mēdicant humilr̄. vel de his q̄ ꝑ laboꝛ ciū ꝯq̄rūt̄. His enī modis vixerūt acten⁹ hmōi pauperes in magna mltitudie. lx. annis et ampli⁹ ꝑ operis exhibitionē adeo ī eis diuino īpleto promiſſo: ꝙ null⁹ eoꝝ cuius ad nos fama ꝑuenit ob defectum veſtit⁹ vel vict⁹ moꝛtis periculū incurrit. Abſcedat igit̄ diffidētia a ꝑdicatoribus veritatis ꝑfectiſq̄ xp̄i diſciplis: cum eis repromittat̄ a dño ſufficiētia vict⁹: dicaturq̄ eis. Nolite ſolliciti eſſe anie veſtre q̄d māducetis. ꝑcipiaturq̄ eis ne quid tollant in via niſi virgā tm̄. vt habet̄ in mar. Sup quē locum dicit beda. Tāta d3 eſſe ꝑdicatoꝛis fiducia in deo vt ꝑſentis vite ſumpt⁹ q̄uis nō ꝓuideat. tñ ſibi hos nō deeſſe certiſſime ſciat. ne dum mens ei⁹ occupat̄ ad tēpoꝛalia: min⁹ aliis prouideat eterna. Hoc verbū toti⁹ confidentie tā expreſſum calūniatoꝛ ꝑuertere nitit̄: vt ſic illud exponat. q̄uis non ꝓuideat. i. tēp⁹ ꝓuidendi nō habeat. quaſi non debeat de ſufficientia vict⁹ confidētiā habere niſi qñ non pōt aliđ agere. ad qđ nō tm̄ predicatoꝛ ꝟitatis īmo q̄tumcūq̄ imꝑfectus xp̄ianus aſtringit̄. Propt̄ qđ vt oīs calūniandi occaſio tollat̄ e medio. ītelligēdū ꝙ duplex diffidētia eſt. quedā ꝓueniens ex ꝑuerſitate. quedā puſillanimitate. Ex peruerſitate venit qñ habet incredulitatē vel deſperationem annexā. vtpote cū quis de deo diffidit. vel q2 non credit deum curare humana tāq̄ infidel'. vl' q2 exiſtiat ſe derelictū a deo ꝑpt̄ pctā ſua tanq̄ deſpat⁹. Et talis diffidentia ⁊ ſollicitudo ꝓcedens ex ipſa omnib⁹ prohibet̄: ⁊ ꝯfidentia illi oppoſita cunctis ꝑcipit̄. Diffidētia aūt ex puſillanimitate ꝓueniens eſt q̄ h3 annexā remiſſionē amoꝛꝭ diuini ⁊ intentionē timoꝛis humani. ⁊ hec ſtare pōt cum charitate imꝑfecta: nō cū ꝑfecta. ⁊ iō hec puſillanimitatꝭ diffidentia et ſollicitudo ex ipā ꝓueniēs euāgelicis ⁊ ꝑfectis viris inhibetur. ⁊ ꝯfidentia eidem oppoſita a ꝑfectionis magiſtro iniungit̄. quaten⁹ ꝑdicatoꝛes ꝟitatis algoꝛē puſillanimitatis ſollicitātis pro cibo refugiant. ⁊ ardoꝛē charitatis confidentis de deo cum promptitudie ad ꝑferendū pauptatis incōmoda conſtanter aſſumant. Ad hanc quidē confidentiam in li. de elemoſyna Auguſtin⁹ inuitat. Metuis inquit ne patrimoniū tuum forte deficiat ſi ex eo operari largiter ceperis. Qñ enī factum eſt vt iuſto poſſent deeſſe ſubſidia. cū ſcriptum ſit. non occidet de⁹ fame aīam iuſti? Helias in ſolitudine miniſtrantib⁹ coruis paſcit̄. ⁊ danieli in lacu ad leonum predam iuſſu regis incluſo prandium diuinitus appoꝛtat̄. ⁊ timem⁹ ne operanti et deum timenti deſit alimentum: cum ipſe in euangelio ad exprobrationem illoꝛum quoꝛū mens dubia eſt ⁊ fides parua conteſtetur ⁊ dicat. Aſpicite volatilia celi: quoniam nō ſeminant neq̄ metunt: nec colligūt in hoꝛrea. et pater veſter celeſtis paſcit illa. Volucres de⁹ paſcit: ⁊ quibus nullus diuine rei ſenſus ineſt: eis nec cibus nec potus deeſt. tu xp̄iano: tu dei ſuo: tu operib⁹ bōis dedito: tu dño ſuo charo aliquiđ exiſtimas defuturū? An putas quia qui chriſtum paſcit a chriſto ipſe nō paſcetur? Aut eis terrena deerunt quib⁹ diuina ⁊ celeſtis tribuūtur? Unde hec

incredula cogitatio: vnde impia ⁊ ſacri
lega iſta meditatio? Hec Auguſtinus.
Quid facit in domo dei tam perfidū
pectus? Quid q̄ chriſto oīno nō credit
appellatur ⁊ dicitur chriſtianꝰ? Pha-
riſei magis tibi cōgruit nomen. Nā cū
in euangelio de faciēdis elemoſynis di-
ſputaret. ⁊ vt nobis amicos de terrenis
lucris prouida operatione faceremus
qui nos poſtmodū in eterna tabernacu
la ſuſciperent: fideliter ⁊ ſalubriter pre
moneret: addit ſcptura poſt hec dicēs.
Audiebant hec oīa phariſei qui erant
auari ⁊ deridebant eum. Quales nūc
ſunt in eccl'ia: quorū quoſdam videmꝰ.
quorū precluſe aures et corda cecata:
nullū de ſpūalibus ac ſalutaribus mo-
nitis lumen admittunt. de quibꝰ mira-
ri non debemꝰ quia contēnant in talibꝰ
ſeruos qn̄ a tali ipſum dominū videa-
mus eſſe deriſum et contemptum? Ad
quorum confirmationē exemplū vidue
ſareptane que pauit heliam cōſequen-
ter adiungit. Quibus etiā ꝯſonat illiꝰ
paupercule vidue liberal' oblatio: que
quoniā quicquid habuit miſit: diuino
meruit ore laudari. ¶ Tertium quoqꝫ
calūniandi modū non minꝰ malignum
aliquo predictorū calūniator hic pau-
perum aſſumere nititur ex mēdicatio-
ne elemoſynarum. allegās primo ꝯtra
eam ꝙ non ſit opus virtutis: eo ꝙ non
habet annexum ſpirituale ſolaciū; ſed
potius penalē cruciatum. rōne cuius
ꝓpheta eam imprecatur filijs impiorꝫ
cum in Pſal. dicit. Nutantes tranſfe-
rantur filij eius et mendicent. Et ſacri
canones mendicantē clericum aſſerūt
infelicem. Ad cuius cauillationis ⁊ cō
ſimilium repellendam calūniam intelli
gendum eſt ꝙ quintuplex eſt mendici-
tatis differētia: origine: modo: ac effica
cia a ſe inuicem diſparata. ¶ Prima
eſt quā parit calamitas. et hec eſt in ꝑ-
ſonis miſerabilibus ⁊ egenis. annexum
habens penalem cruciatum cū merito
ſi ſit cum patiētia. qualis fuit mendici-
tas lazari vlceroſi ⁊ pauperis iacentis
ante ianuam diuitis epulonis. vel cum
peccato ſi ſit cum impatientia. Et hāc
imprecatur ꝓpheta: ⁊ abhorrebat ſa-
piens vir in perſona loquens hoīs infir
mi ⁊ timentis per egeſtatē inuolūtariā
ad impatientiam compelli. Vn̄ poſtq̄
premiſit mendicitatē ne dederis mihi:
ſubiungit. ne compulſus egeſtate fu-
rer et periurem nomen dei mei. Et hec
eſt proprie dicta mendicitas. iuxta qđ
dicit Yſido. x. Etymo. lib. Mendicus
dictus eſt quaſi minus habens vnde
degat. vel quaſi manu dicens neceſſita
tem ſuam. ¶ Secunda eſt quam parit
cupiditas. Et hec eſt in pauperibus ſi
mulatis: habens annexum cruciatum
culpabilem: quo torquētur oēs aua-
ri ⁊ cupidi. nō tā fame corporalis ine-
die q̄ ſpiritualis nequitie per inſatiabi
lem auaricie voracitatem. iuxta illud
Job. Attenuetur fame robur eius. et
inedia inuadat coſtas illius. Et hanc
diſſuadet apoſtolus ad Teſſa. Nulliꝰ
aliquid deſideretis. Glo. Necdum ro-
getis vel tollatis. in quo deſideriū pro-
hibet cupiditatis rei aliene: et petitio-
nem ex ipſa venientem. iuxta illud ad
Ehe. Qui furabatur iam non furetur
magis autem laboret manibus: ſcilicet
operando: vt habeat vnde tribuat ne-
ceſſitatem patienti. ¶ Tertia eſt quā
parit pigritia. ⁊ hec eſt in pauperibus
mendicantibus validis et ocioſis. ha-
bens annexum cum cruciatu ſolatiū:
vicioſum tamē atqꝫ phantaſticū. Stu-
dioſum enī refugiētes laborē ⁊ ocioſā
appetentes vacatōem: fructuoſā q̄etē
perdūt: ⁊ ꝑnicioſā fatigationē icurrūt.
ſm̄ illđ ſapien̄. Deſideria occidūt pigꝝ.
Noluerūt enī q̄cq̄ manꝰ eiꝰ opari. Et
iterum. Propter frigꝰ piger arare no-
luit. mendicabit ergo egeſtate ⁊ nō da-
bitur ei. Et hec mendicitas non ſolū le
ge diuina: ſed etiam lege ciuili ꝓhibe-
tur. Et vt ab hac reuocet apoſtolꝰ: la-
borem manualem iniungit ad Theſ-
ſalonicen̄. cum ait. Audiuimus inter
vos quoſdam ambulare inquiete nihil
operantes: ſed curioſe agentes. his au-
tem qui eiuſmodi ſunt denunciamꝰ vt

cum ſilentio operātes manducēt panē ſuum. ¶Cuius mandati glo. rōnē reddit dicens. Qui ad alienā menſam frequēter accedit ocio deditꝰ. neceſſe eſt aduletur paſcenti ſe. ¶ Quarta eſt quam parit induſtria. ⁊ hec eſt in pauperibꝰ ſtudioſis circa diſciplinā ſcholaſticam occupatis. habēs annexū cum cruciatu penurie ſolatiū ꝟitatis inuente. que adeo mētes generoſas oblectat. vt multi dies erūnis ⁊ laboribꝰ pleni iocūdi videantur ⁊ pauci pre magnitudine dilectiōis. maluītqꝫ eā cum rubore mēdicādo addiſcere. ꝙ̄ delicate viuēdo ignorare. Qd in pluribꝰ vidimꝰ: q̄ cū mēdicādo didicerint: poſtea magnū locū in eccleſia dei tenuerūt. Et de talibꝰ Aug. de ope mōachoꝝ dicit: ꝙ eis bona opera fideliū ſubſidio ſupplendoꝝ neceſſariorū deeſſe non debēt. cū ad erudiēdū animū ita vacāt vt corꝑalia hmōi opa ab ipſis geri nō poſſunt. ¶ Quinta eſt quā parit iuſticia. ⁊ hec eſt in pauperibus volūtarijs imunibꝰ ab amore tēporalis lucri ⁊ torpore tēporalis quietis. habēs annexū cū cruciatu ſolatiū virtuoſum ⁊ veꝝ: ꝓ eo ꝙ ſic mēdicātes ſolius mouent amore pauꝑtatꝭ extreme. quā ideo amplectūt vt liberiꝰ ſapiētie vacent: ⁊ efficaciꝰ ad culmē ꝟtutis attingant. quatenꝰ in camino pauꝑtatis electi ipſius penuria purgent a crimie ipſius erubeſcētia humilient in corde. ipſiꝰ ꝑſimonia caſtificent in carne. ipſiꝰ deuota gratitudie cōcilient ad proximum. ipſius ꝯdeſceſiua benignitate cōfigurent ad xp̄m. ipſius ſublimi celſitudine ſurſum agant in deū. Qꝛ aūt paupertas penurioſa ⁊ volūtaria hmōi efficacias habeat. ſ. declaratū eſt ꝑ ſctōꝝ auctoritates de laude pauꝑtatis: tertie reſpōſiōis particula poſtrema. ꝙ̄ꝙ̄ nullus ſane intelligēs dubitare q̄at q̄n penuria purget. erubeſcētia humiliet: parſimonia caſtificet. gratitudo accipiētis bn̄ficiū bn̄factori ꝯciliet. ꝯdeſcēſio benignitatis ꝯfiguret ad xp̄m. q̄ cū diues eſſet amore nr̄e ſalutis effici voluit egenꝰ ⁊ pauꝑ. celſitudo pauꝑtatis qua q̄s oīa calcat ⁊ ſeipm̄ cū oībꝰ ſurſū agat in deū. nō ſolū ꝑpt ſpūs libertatē verūetiā ꝑpt experientiā incōmodoꝝ q̄ paupes comitant. cū dicat Grego. ꝙ mala q̄ nos hic premūt ad deū ire ꝯpellunt. Licet autē auaris ſit moleſta penuria: ⁊ ſupbis erubeſcentia: ⁊ laſciuis frugalitas. ⁊ indeuotis actio gratiaꝝ: et infidelibus conformitas ad chriſtū: et deſperatis eleuatio mētis in deum. vere tamen pauperibꝰ ſolacium eſt penuriam pati. humilibus deſpici: continentibus caſtigari. charitatiuis ꝯciliari benefico. credentibꝰ cōfigurari xp̄o. ſperantibꝰ ſequeſtrari a mundo ⁊ iungi deo eterno. Ad quoꝝ oim̄ ꝯfirmationem hoc ſufficit qd̄ dicit Grego. primo dyal. Sicut ſupbi honoribꝰ. ſic plerūqꝫ humiles ſua deſpectiōe gtulant. cūqꝫ ſe in alienis oculis vileſcere ſentiūt idcirco gaudēt: qꝛ hoc iudiciū cōfirmari itelligūt qd̄ de ſe ⁊ ipi habuerunt. Qm̄ igit huic mēdicitatis mō in pauperibꝰ veris ⁊ humilibꝰ annexū eſt cū extrinſeco cruciatu intriſecum gaudiū. ideo ſm̄ Criſoſto. recte deſignant per illum caminum in quē pueri deſcēdentes ne ſtatuam aureā adorarent celitꝰ irrorari meruerunt. Huiuſmodi ſpirituale ſolaciū qd̄ viri carnales ignorāt: eiuſqꝫ laudatores. phariſeoꝝ more auari derident. mulier eximie virtutis: paula. ſ. experiri cupiebat. iuxta qd̄ Hiero. ſacer in ipſius laudibus ob hoc eiuſdem deſiderium admirabile predicans ipſamqꝫ collaudās. dicit: ꝙ hoc habebat voti vt mendicans ꝓ xp̄o moreretur: et vnum nūmum filie non relinqueret: et in funere ſuo aliena ſyndone inuolueretur. Nequaqꝫ igitur vt calumniator aſtruere nititur: ea ſola mendicitas approbabilis eſt que ex mera neceſſitate vel calamitate procedit: pro eo ꝙ multo laudabilior eſt paupertas voluntaria ꝙ̄ coacta. niſi quis ita deſipiat vt in operibus ſupererogationis neceſſitatis coactionē preferat promptitudini voluntatis. Quod ita abſurdum eſt. quēadmodum ſi paſſionibus

martyrũ preponat q̃s ſuſpẽdia latronũ dũ martyres volũtarie: latrones inuoluntarie patiunť. Porro ſi q̃s aſtruere velit mẽdicitatẽ non eſſe de gñe honeſtorũ ⁊ laudabiliũ. qm̃ ad ipam ex inopia rer ⁊ exigẽtia nature ɔpellimur. ɔſimili rõne nec martyrũ ſctõꝝ fuit perfectum nec laudabile. qm̃ ad illud pferẽdum cõpellebanť p violentiã improbã malignitat; aliene. cũ etiã mag; teneat rõnem volũtarij pauptatis penuria q̃ penalitas paſſiõis. ꝓ eo ꝙ illa volũtarie aſſumiť ⁊ volũtarie pferť. hec autẽ aliũde violẽter infligiť q̃ȝ voluntarie pferať. ¶ Eſt ⁊ alia cauillatio q̃ nobiľ et xp̃o dño accepta mẽdicitas calũnioſe arguiť. quaſi annexã habeat nõ euãgelicã beatitudinẽ ſed mentalẽ impfectionẽ. cũ in actib⁹ apoſtoloꝝ ſcribitur. Beati⁹ eſt magis dare q̃ accipe. Ex q̃ ſequi videť ꝙ beatiores ⁊ pfectiores eſſent hm̃oi paupes ſi eſſent in ſtatu elemoſynas dantiũ q̃ ſint in ſtatu accipiẽtiũ: beatiores vtiq; ſi eſſent in ſtatu eoꝝ qui elemoſynas liberaľr offerũt q̃ qui petunt. cũ dicat Hiero. ad nepotianũ. nunq̃ petẽtes: raro accipiam⁹ rogati. Et Aug. ſup pſ. ciij. In loculis hñdis exigẽda q̃dã mõ annona xp̃s non petẽdo ſed prebẽdo indigẽtias ſuſcepit. Ex quib⁹ videť poſſe inferri ꝙ ſtat⁹ clericorum prebẽdas hñtiũ xp̃o ſit ſimilior. et pfectior ſtatu mendicãtiũ paupeꝝ. Verum ſi hm̃oi rõcinatiõis fundamẽtũ vigilanti⁹ diſcuſſum fuerit: magis põt ex hoc oppoſitũ q̃ ꝓpoſitũ inferri. Si enĩ beati⁹ eſt magis dare q̃ accipe: ille minime beat⁹ eſt q̃ bona plurima accipit et pauca largiť. Cũ igiť oĩa eccľiaſtica ſicut dicit ꝓſper ſint vota fideliũ: pcia peccatoꝝ: ⁊ p̃imõia paupeꝝ. ſequiť ꝙ quicũq; reddit⁹ eccľiaſticos hȝ cũ lõge pl⁹ accipiat q̃ alijs largiať. magis erit pingui acceptiõe miſer q̃ exili donatione beat⁹. Et ecõtrario ver⁹ paup q̃ oĩa ꝓpter xp̃m deſerit ⁊ diſpgit. non ſolũ q̃ habuit. ſȝ ⁊ q̃ ɔcupiſcere potuit. ⁊ paucis ⁊ modicis eſt ad ſuſtẽtationẽ nature ɔtẽt⁹. erit ƀm hãc rõnem acceptione parciſſima minime miſer. ⁊ donatione largiflua maxime beat⁹. Cui etiã cõſonare videť euangelic⁹ textus. qui ƀm Cryſo. hȝ in Grego. vbi mẽdici qm̃ ipoꝝ eſt regnũ celorum. vbi latin⁹ hȝ. Beati paupes ſpũ. Quib⁹ etiã ɔcordat ſacer ambro. in li. de offi. dicens. Paup et ſi non hȝ vñ reddat pecuniã reddit grãm In quo certũ eſt ꝙ plus reddat q̃ acceperit. Pecũia enĩ nũmo ſoluiť. grã ꝓo nunq̃ exinaniť. reddẽdo vacuať pecunia: grã ꝓo ⁊ hñdo ſoluiť: ⁊ ſoluẽdo retineť. Hec Amb. Ex quib⁹ eſt euidens ꝙ pdicta veritatis auctas ɔtra euãgelicos paupes intorq̃ri non põt. Vñ et glo. Bede ibidẽ. Nõ illis q̃ relict; oĩb⁹ ſecuti ſunt dñm diuites elemoſynarios pponit. ſed illos maxime glorificat qui cũctis q̃ poſſidẽt renunciãtes: laborãt nihilomin⁹ operãdo manib⁹ vt habeãt vnde tribuãt neceſſitatẽ patienti. His Caſſian⁹ ɔſonat de inſtitutis monachorum. Hec eſt inq̃t impartiẽtis beatior largitas q̃ accipiẽtis. pecunia q̃ nõ de recõditis auaricie theſauris ipendiť: ſed q̃ de fructib⁹ opis ꝓprij ⁊ pio ſudore proferť. Ex quib⁹ habeť ꝙ ſi q̃s cũ pauptate ⁊ exercitio ſtudij ſpũalis labori manuũ intendẽs ſeipm ⁊ alios paſcit. imitator effect⁹ apľi pauli: op⁹ agit maioris ſuperogatiõis q̃ q̃ ab alijs ſubſidia requirit ⁊ accipit. Et iõ pfectiõis oĩs amator franciſc⁹ ad laborem manualẽ ſectatores ſuos ⁊ filios moderãte ac prudẽter inducit. dũ ad hoc idoneos iformat et excitat. ꝙ ſic laborarẽt ꝙ refugiãt ociũ: ⁊ ſpm̃ non extinguant. Ad qd̃ q̃ȝ ſit perfectũ ⁊ ſanctũ vniuerſali pcepto aſtrĩgere noluit. ꝓ eo ꝙ hãc celſitudinẽ ſuperogãtis perfectionis: infirmitas corpoꝝ cũ tarditate ingeniorum in hoĩbus noſtri tpis nõ admittit. Eſto igiť ꝙ hoc modo beati⁹ ſit dare q̃ accipe ƀm imitationẽ apľi. nõ tñ ex hoc põt inferri ꝙ accipiẽtes ſint impfecti. q; nec apľi a perfectione exciderunt in hoc ꝙ ſuſtẽtabanť ab alijs. nec xp̃s impfectiõis magř fuit: q̃ pfectiõis euangelice doctores ab alijs ſuſtẽtari ordinauit. ⁊ hoc in ſeipo p exemplũ oſtẽdit. vñ Augu. ſup illud pſ. Qui pducit in

montib⁹ fenū. Quare voluit egere dñs niſi vt daret montib⁹ exēplū ꝛ parerēt fenū. nec ꝯtra pluuiā ſteriles redderēt Hec Aug. per pluuiā dñs intelligi doctrinā qua mētes erudiūtur. ꝛ p fenū tpalia quib⁹ corpora ſuſtentāt. Sane vt omnis calūniandi materia ceſſet: intelligendū eſt ꝙ ꝗuis accipere ꝯparatum ad dare de gñe operis min⁹ ſit beatum atq; pfectū. pōt tñ ex ſupadiecta circūſtantia eſſe beati⁹ atq; pfectius. videlz cū quis accipit extreme paupertatis amore: ꝫm ſex ꝯditiōes ſuperi⁹ expſſas. in quib⁹ ſimul iūctis integra ꝯſiſtit ipſi⁹ pfectio. non ſolū in abdicatiōe ꝓprietatū. verūetiā in acceptiōe neceſſariorum. cum videlz qs mēdicat et accipit: vt acceptiōe penurioſa purgeṫ. verecūda humilieṫ. attenuata reſtringaṫ et caſtigeṫ. grata cōcilieṫ ad ꝓximum. ꝯdeſcēſiua cōfigureṫ ad chriſtū. fiducialı ꝛ alta ſurſum agaṫ in deum. Ad quidē excellenti⁹ eſt ꝗ̃ prebere alimenta pauperib⁹. Unde Hiero. ad Julianum. Extruis monaſteria: multus a te ſanctorū numerus ſuſtentaṫ: ſed meli⁹ faceres ſi ꝛ ipſe ſanctus inter ſanctos numerareris. Et berñ. in quadā epiſtola. Uolo te amicū eſſe pauperum: magis autē imitatorē. Jlle grad⁹ eſt proficiētiū. hic perfectorū. Scdm hec igitur perfectius eſt cum chriſto egere et elemoſynas cum accipiēte accipere: ꝗ̃ ſit amicū eſſe pauperum. ipſos pauperes ſuſtentare. Ad ergo dicit Hiero. ad nepotianum: ꝙ nunꝗ̃ petentes debemus accipere. intelligendū eſt ꝙ loquiṫ nepotiano clerico pro his clericis qui ſufficientē hñt victum de bonis eccleſie. qui etiā nondū cōſcenderant ad celſitudinē pauptatis extreme. Et his cū habeant vñ viuant nec velint egere turpe eſt accipere: turpi⁹ petere. Et qꝛ hmōi pſonis niſi ſtudij cauſa turpe eſt mendicare. iō ſtatutū fuit in carthagineñ. cōcilio ꝙ cleric⁹ paup victū ꝛ veſtitum artificiolo quereret. Et qꝛ difficile erat eos ad hmōi labores ꝯpellere: ideo ſtatutū eſt ſicut' ptz de cōſecra. di. ſtin. j. ꝙ nulla eccl'ia dediceṫ niſi prius dotata fuerit: ob hoc videlz vt clerici in ea miniſtrantes habeant vnde ſuſtētari poſſint. ſimul etiā p noua iura itroductum eſt: vt clerici ſine titulis nō debeant ordinari. ꝙ ſi ordinati fuerint ab ordinatorib⁹ ſuſtenteṫ. que quidē iura certū eſt nullaten⁹ eos aſtringere: q pro xp̄i noīe viuere deuouerūt in extrema paupertate. cōcurrentibus in hoc ip̄m auctoritate ſummi pōtificis: ꝛ atteſtatione euangelice ꝟitatis. Qualiter autē verbū Auguſtini: ꝙ dixit xp̄m nō petendo ſed prebendo indigētiā ſuſcepiſſe intelligi debeat. ipſemet aperit cū ſubſequēter adiūgit exēpla de chriſto: helia: zacheo: ꝛ vidua dicēs. Cū quiſq; ſanctū ſuſcipit nō ſuſcepto ſed ſuſceptori preſtatur. quaſi dicat ꝙ dñs in ſuſcipienda annona nō querebat ꝓpriū cōmodū ſed meritū alienum. nō reqrebat datū ſed fructum. q fiebat vt xp̄m ſuſcipienti pl⁹ preſtareṫ ex merito ꝗ̃ ſuſcepto cōferreṫ ex dono. Ad nō ſolū hz veritatē in ipſo capite: verūetiā ꝓ mēbris ipſi⁹ pauperib⁹. ſ. ꝓ quib⁹ bñfactorib⁹ eoꝝ i mattheo mercedē repromittit cū dicit. Quādiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis mihi feciſtis. Et iteꝝ. Quicūq; dederit potū vni ex minimis iſtis calicē aq̄ frigide tm̄ in noīe diſcipuli: amen dico vobis non perdet mercedē ſuā. Ubi glo. Minimi ſunt q nihil penit⁹ hñt in hoc mūdo: ꝛ iudices erunt cū xp̄o. Ualde igiṫ ſunt paupes q nihil oīno hñt in mundo. ꝛ calice frigide aq̄ indigent. ſed nihilomin⁹ valde ſunt diuites in quoꝝ ſuſceptiōe chriſt⁹ ſe ſuſcipi aſſerit. qbus etiā iudiciariam ptātē ſe cōicaturū eſſe predixit. ¶ Deniq; peſſima cauillationū oīz ea eſſe dinoſciṫ. q oppreſſor hic paupeꝝ eos eſſe viros ſanguinū criminaṫ: ꝓ eo videlicet ꝙ elemoſynas accipiūt quib⁹ ſuſtentari deberent inualidi pauperes q opari non pñt. et ideo quodāmō homicidiū ꝑpetrant: dū eos elemoſynis ex pietate ſibi debitis impie defraudāt. cū eccl'iaſticus dicat. Panis egentiū vita pauperis eſt. q defraudat eū hō ſanguinis eſt. Inſup et xp̄i eccl'iam vt dicit one=

rant. ⁊ multis periculis ſe exponunt q̄
ex inopia procedūt. cū dicat idē eccle-
ſiaſtic⁹ ꝓpter inopiā multi deliquerūt
Ex quib⁹ ⁊ illud hꝫ ſequi: ꝙ pauptatē
hmōi ꝓfiteri ſit impiū: cū non habeat
annexū meritum ſed peccatū. Et hoc
eſt ꝙ finaliter calūniator egentiū pſua-
dere molitur. ſ. ꝙ ſtat⁹ hmōi pauperū
tanꝗ̄ pverſus ab vniuerſali eccleſia re-
probetur. vt vere videat̄ illud pſ̄. in eo
eſſe cōpletū. Perſecut⁹ eſt hoīem ino-
pem ⁊ mēdicū: ⁊ ꝯpunctū corde morti-
ficare. ¶ Dicam⁹ igit̄ pro cā pauperū
defendenda: ꝙ hmōi euangelici viri q̄
ꝓprijs facultatib⁹ renunciauerūt. ⁊ ſa-
luti aīarū intendūt: non ſunt viri ſan-
guinū ſed viri miſericordie. quorū iuſti-
cie obliuionē nō acceperūt. qm̄ ex abū-
dante mīa tēporalia bona largiti ſunt
ad ſuſtētanda corpora paupeꝝ. ⁊ ſpiri-
tualia bona cōtinue largiūtur ad ſuſtē-
tationē aīarum. ⁊ ideo digni ſunt vt ab
eccl'ia ſuſtentent̄: q2 nō grauāt ſed alle-
uiant multo ampli⁹ ꝗ̄ illi q̄ eccl'iaſtico-
rum redditū vbertate pingueſcūt. q̄s
cū ⁊ plurimi eorū habere potuiſſēt: mul-
to magis ꝓ chriſto illis carere voluerūt.
Hi ḡ cū elemoſynas petūt ⁊ accipiunt
nullū pauperē defraudāt. qn̄ poti⁹ cau-
ſas paupeꝝ agunt dū ſuis ſacris exem-
plis ⁊ monitis ipſos hoīes ad opa pie-
tatis inducūt. Nulli ꝑſus iniuriātur:
q2 hoc petunt ⁊ accipiūt qḋ eis debet̄.
Suſtentatio enī corporalis debet̄ ipſis
lege miſericordie tanꝗ̄ pauperib⁹. ⁊ eo
magis quo paupes volūtarij ſunt chri-
ſtoq3 deuoti. Unde Hiero. cōtra vigi-
lantiū. Non negam⁹ cūctis pauperib⁹
ſi tanta ſit largitas ſtipes eſſe porrigen-
das. Apl's docet faciendā q̄dē elemo-
ſynā ad oēs: maxime ad domeſticos
fidei. De quibus ſaluator in euangelio
loquebat̄. Facite vobis amicos de ini-
quo māmona q̄ vos recipiant in eterna
tabernacula. Nunqd iſti pauperes in-
ter quorum pannos ⁊ illuuies corpis
flagrans libido dn̄atur poſſunt habere
eterna tabernacula: qui nec p̄ſentia poſ-
ſident nec futura? Non enī ſimpliciter
pauperes: ſed pauperes ſpiritu appel-
lantur. de quib⁹ ſcriptum eſt. Beatus
qui intelligit ſup egenum ⁊ pauperem.
In vulgi pauperib⁹ nequaꝗ̄ intelligē-
tia ſed elemoſyna op⁹ eſt. in ſanctis ve-
ro pauperibus beatitudo eſt intelligen-
tie. vt ei tribuat̄ qui erubeſcit accipere
et cū acceperit dolet metēs carnalia et
ſeminans ſpiritualia. Hucuſq3 Hiero.
Debetur etiā eis lege iuſticie tanꝗ̄ pre-
dicatorib⁹ veritatis. quam quidē iuſti-
ciam exigere poſſunt: nō iure fori ſicut
prelati. in quib⁹ acceptio ſtipendiorū
nō eſt mēdicitas ſed poteſtas. ſed iure
poli eam exigere poſſunt ⁊ debēt p mo-
dum humilitatis: ſcilꝫ pro chriſti amo-
re gratis petendo: vt alij mereant̄ dan-
do et ipſi humilient̄ accipiēdo. ⁊ ſic ſu-
ſtententur vt euangeliſent: non euange-
liſent vt comedant. Un̄ Bernar. ad fra-
tres de mōte dei. Cum diues eſſet pau-
per pro nobis factus eſt. ⁊ qui volunta-
rie paupertatis dedit exemplū ipſe in
ſemetipſo eiuſdem formā dignatus eſt
demonſtrare. Ut enim ſciant euangeli-
ci pauperes quid eis faciēdum ſit. ipſe
etiam a fidelibus paſci voluit. nōnūꝗ̄
et ab infidelibus. ſed vt fideles faceret
vite neceſſaria accipere non recuſauit.
Conſtans eſt autem ꝙ non loquit̄ hic
de prelatis. ſed de pauperibus religio-
ſis: quos exemplo chriſti dicit de ele-
moſynis ſuſtentari debere. nō quidem
poteſtatiue requiſitis: ſed pie ⁊ humili-
ter poſtulatis. Huiuſmodi aūt paupe-
res ſuſtentare pro chriſto: non minoris
eſt meriti ꝗ̄ edificare baſilicas: vt dicit
Hierony. ad Demetriadem. Alij edifi-
cent eccleſias: veſtiāt parietes marmo-
rum cruſtis: non reprehēdo: nō abnuo.
Unuſquiſq3 in ſenſu ſuo abundet. Me-
lius eſt hoc facere ꝗ̄ repoſitis opibus
incubare. Sed tibi aliud propoſitum
eſt chriſtum veſtire in pauperibus. viſi-
tare in languētibus. paſcere in eſurien-
tibus: ſuſcipere in his qui tecto indi-
gent. maxime in domeſticis fidei. vir-
ginum alere monaſteria. ſeruorum dei
et pauperum ſpiritu habere curam.
qui diebus ac noctib⁹ ſeruiūt domino
tuo: qui in terra poſiti imitant̄ angeloꝝ

cōuerſatione. nihil loquunt niſi qđ ad laudes dei ptinet. habentesq victum et veſtitum his gaudent diuitijs: qui plus habere nolunt ſi tamen ſeruāt pro poſitum. alioquin ſi ampli⁹ deſiderant his q̄ neceſſaria ſunt probant indigni. Ex his Hieronimi verbis colligit: q ſuſtentare huiuſmodi euāgelicos paupe res opus eſt pietatis maxime. ac p hoc ipſos perſequendo calūniari ſcelus eſt non parue perfidie. Non enī inopia voluntaria vt hic dicit eſt cauſa malorū et multipliciū criminum. Sed vt dicit Criſoſto. et ſupra habitum eſt: infinitorum cauſa bonorū. Sicut enim radix omniū malorū eſt cupiditas q̄ eſt amor diuitiarum. Sic paupertas cunctorū eſt origo bonorū ſpiritualium: que eſt conteptus affluentie ⁊ amor penuriarum. Non ergo multi deliquerūt propter inopiam quam dilexerūt. ſed propter inopiam quā oderunt. vel certe ſicut gloſa dicit. verbū illud intelligitur non de inopia bonorū temporaliū: ſed ſpiritualiū virtutum atq charismatū. Hec idcirco dixim⁹. non quia cōmendemus effrenatam mendicantiū multitudinem. aut omnē mendicandi modum vt perfectū approbare velimus. ſed eum duntaxat qui annexū habet ſtudium ſapientie ſeptiforme. vel laborem manualē cum profeſſione ⁊ obſeruantia euangelice paupertatis ⁊ exercitationem perfecte virtutis. Quem quidem modū cum tota chriſti vita et doctrina euangelica cōprobet. ſi quis ipſius contrariū euāgelizauerit iuxta verbum apoſtoli anathema ſit. ¶ Deſinat igitur perſecutor hic pauperum a malignis calūnijs et verbis maledicis. nec balaam tranſcēdendo maliciā illis maledicat quibus domin⁹ benedixit. ne benedictionē perdens celitus repromiſſam: maledictionē incurrat eternā. Qr ſi ceſſare noluerit. verus paup clamare non ceſſet. Adiuua me dn̄e deus meus. ſaluū me fac pp̄ter miſericordiā tuam. Et de hinc media proſequens in fine concludat. Cōfitebor domino nimis in ore meo. et in medio multorum laudabo eū. Qui aſtitit a dextris pauperis: vt ſaluū faceret a perſequētibus animam meam.

¶ Explicit Apologia pauperū a beato Bonauētura edita: Parrhiſijs vero impreſſa per Magiſtrum Bertholdum Reinbolt. Anno dn̄i milleſimo quingenteſimo decimoſeptimo: Die autem xxv. Iunij.